

12  
de consuetudinibus  
et iuribus  
ecclesie  
et religionis  
in anno 1243

1243

12

1243  
159



~~D. X. 18~~

EX BIBLIOTH.


NATIONIS HUNGAR.


VITEBERG.

VI-159

SIGNAT. MDCCCXIII.







A

qu

In



4.

JODOCI SLAFII  
DISSERTATIO

De

ARTIBUS ET CO-

natibus Jacobi Masenii, Jesui-  
tæ Coloniensis,

quibus in nuper emissâ Confessione Fidei, seu  
Meditatâ Concordiâ infidias orthodoxæ  
fidei struxit,

In solenni panegyri Wittebergæ, in Collegio  
majori Theologico, frequenti audito-  
rio, loco orationis ex officio ha-  
bendæ recitata,

*d. XXX. Martij anno 1663.*

ex approbatione

R. Facult. Theologicæ Witteberg.  
edita

---

Sumptu Friderici Lankisch,  
Bibliopolę Lipsiensis  
Wittebergæ

Typis JOH. BORCKARDI, A. M. DC. LXIII.





VI 155





NOBILISS. EXCELLENTISS. ET AM-  
PLISSIMO VIRO,  
DOMINO

ISAAC LEICK-

HERO, J. U. D.

SERENISSIMI ELECTO-  
RIS SAXONIÆ CONSILIARIO  
AULICO, PATRONO

& Fautori meo ve-  
nerando,

*Felicitatem!*



Nescita Jacobus Mase-  
nius, Amplissime Vir,  
ejusq; libelli *Concordiæ  
Meditatæ* nuper editi,  
fortasse non ignoti tibi  
sunt, qui non soles es-  
se inter osos vel con-  
temptores librorum etiam Theologico-  
rum, præsertim quum ille innotescere  
vestre cupiat aulæ, utpote, qui etiam Se-  
renissimo & potentissimo Electori, Do-

A 3 mino

mino & Nutricio nostro, nuperrimè ali-  
quid libelli dedicavit. Is verò me sibi e-  
ligit, quem in terciâ parte suæ *Concordiæ  
Meditatæ*, quam vocat, vellicaret, va-  
riis nominibus accusaret, & falsis aliquot  
sannis impeteret. Sannas equidem ego  
susq; deq; fero, qui non expecto à grega-  
libus talibus, nisi insectationes, oppro-  
bria, dira q; omnia. Quæ verò cœtera  
in hoc caput effundit, non æquè silentio  
præterire necesse esse censeo. Est autem  
Jesuita ille inter eos, qui ædilitatem ge-  
runt, ut est in proverbio, sine populi  
suffragio, & res magnas agere vult, ad  
quas minimè est vocatus aut instructus.  
Pacem inter dissentientes in religione &  
is inter tot mangones hujus temporis san-  
cite intendit, & propterea huc facientia  
aliquot scripta Coloniae nuper edidit.  
Theologi dignas ejus chartas non censu-  
erunt, qui eas excuterent, & ad quas justo  
libello responderent; ego verò in Respon-  
sione ad cujusdam Moguntini, **IN-  
STRUMENTUM PACIS ECCLESIA-  
STICÆ** paucis lineis eum tetigi, ac de u-  
no & altero ejus lapsu verba feci: qua-  
propter ille me vehementer insectatus  
est, falsa, ficta, commentitia q; sibi tri-  
buisse, obiter me, seu, ut loquitur, osci-  
tante suum præclarum libellum legisse  
scribit, & quicquid potest detonat. Falsa  
pro-



profectò tribuisse ei nollem, totusq; detestor falsiloquia, figmenta & imposturas, præsertim in libris theologicis: quod verò obiter me suum scriptum inspexisse ait, id fortasse ita se habet, nec eam accusationem declino, sed ultrò fateor, vix bihorii spacium pervolutioni istius libelli, cum primum appelleret, me dedisse, mox amico cuidam obvio donasse, nec postea vidisse. Sed nec meretur talis liber attentam lectionem, qui multum quidem autoris laborem, parum autem scientiæ prodit. Ac est non nemo in vestrà aulâ, T. Ampl. collega, vir non minus in theologicis libris, quàm politicis probè versatus, qui se summâ cum attentione librum Masenii legisse nuper præsentì mihi fatebatur, sed perlecto adeò, agebat, indignatus fui ventoso illi, meamq; expectationem fallenti Jesuitæ, ut si præsens mihi adstitisset, pugno illum (vir minimè plagosus) excepissem. Et quid attinet dissimulare ejus nomen, est is Dn. Samuel Hundius, J. U. L. à longo jam tempore noster amicus.

Quinq; a. potissimum sunt capita, quæ falsò à me sibi tribui conqueritur; quod scripserim in Respons. ad Tim. Laubenbeger §. 51. Jesuitam Masenium imputare nobis, quos Lutheranos, dicunt, i. quod velimus & præcipiamus, ut ipsis

phrasibus & vocibus Scripturæ articuli, fi-  
dei exprimantur: II. quod Ecclesiæ Do-  
ctores, Patresq; & Traditiones omnes  
damnemus & rejiciamus. III. quod cujuf-  
vis privati S. Scripturæ interpretationem  
verbum Dei habeamus: IV. quòd scri-  
pserim ipsum Masenium affirmasse Fran-  
cofurti (perperam scriptum est Ratisbo-  
næ) protestantem seu Lutheranam Ecclesi-  
am *Confessionem*, nunc ab eo editam, vel  
interpolasse, vel ratam habuisse: V. eun-  
dem de Dn. Joh. Matthiæ, Episcopo Streg-  
nensi in Sveciâ, affirmasse, esse ejus libel-  
los *Oliva Septentrionalis*, aliosq; totius  
Ecclesiæ Evangelicæ confessionem. De  
iis omnibus autem Jesuita dicit: *α plures*  
*lapsus hic Slafius commisit, quàm lineas re-*  
*liquit. Ego ne de Lutheranis hoc statuo?*  
*Nullibi hoc abs me traditum est. Quin*  
*contrarium potius ostendi. Ne per somni-*  
*um quidem mihi in mentem venit. Slafii*  
*sunt phantasmata, non mea.* Si autem id re-  
vera sentit Masenius, ac ista omnia se non  
tribuisse, nobis nec jure tribuere posse,  
neq; nostra hæc esse dogmata, putat, gra-  
tiæ sunt agenda Jesuitæ, quòd, quantum  
in ipso est, detergat nostris Ecclesiis  
quasdam calumnias, & professor verita-  
tis existere velit, solent n. Papistæ com-  
muniter quædam ex dictis punctis nobis  
ut dogmata nostra tribuere. At nimium  
verum

α l. 3.

Med.

Conc. p. 6.

verum est, etiam Masenium ista, & omnia  
quidem, quæ nunc negat, in libello suo  
quem *Meditatam Concordiam* dicit, per-  
spicue scripsisse, & edixisse, adeoq; nihil  
à me vel per oscitantiam, vel per malitiam  
tributum ei esse. Liberalior justò Jesui-  
ta omnem rem divinam, totiusq; fidei  
Papisticæ & quam dicit, Lutherane veri-  
tatem, secundum suas è sacris literis nunc-  
editas, ut vocat, demonstrationes, judi-  
cio cujusvis hominis, etiam secularis,  
& exponit. Ego quidem tam periculosa  
statera rem tam arduam temerè commit-  
tere à præceptoribus meis non didici: in  
tuum verò, Vir Amplissime, accuratum  
judicium non vereor compromittere, &  
litis, quæ mihi, quoad hæc 5. puncta cum  
Jesuita intercedit, decisionem deponere,  
ut æstimes, malanè an bonâ fide cum Je-  
suitâ hic egerim. Nam quâ fronte, quod  
primum est, negare Jesuita potest, se tri-  
buere Lutheranis, quod velint ipsis etiam  
verbis & phrasibus S. Scripturæ, & non a-  
liis, efferendas & exprimendas esse fidei  
articulos, quum ipse in epist. dedic. ad  
Alex. VII. papam Rom. modernum dicat:  
hæc esse *principia & vota nostra*, quod non  
nisi verbis Scripturæ sit loquendum, *prote-*  
*stantium*, inquit, *boc votis, principisq;*  
*detulimus, ut ex solâ tantum scripturâ in*  
*hac confessione loqueremur*, Quid clarius?

*α part. 1. p.  
t. 6. 7. p. 7.  
59. part. 3.  
p. 10. 3*

I.

*β part. 1.  
ep. dedic.*

In

In præfatione ad protestantes totius Europæ principes ait: *juxta Protestantium atq; Ecclesiæ illorum postulata atq; principia ex solo verbo Dei scripto in propositâ utriusq; & part. i. p. partis Confessione progredimur. Et ite-*  
*t. 5. bac. f. rum: juxta professionem reformationis suæ ex solo aperto verbo Dei, (omni hominum verbo submoto:) impellite eos ad emendationem, Annon hoc clare? Iterum: Confessio mea ex vestris legibus & principiis conce-*  
*B. ibid. p. t. 7. pta est? Hanc esse receptam nostram legem, quod, rejectis verbis hominum, ex solâ scri-*  
*d. part. i. p. pturâ, loquendum sit, sæpius asserit, d. An*  
*ii. 12. 58. non ista omnia evincunt, Jesuitam asse-*  
*seqq. 82. rere, quod velimus & præcipiamus, ut ipsis*  
*seq. verbis & phrasibus S. Scripturæ, & non aliis, articuli fidei exprimantur? Effugere*  
*e. part. 3. p. quidem Jesuita conatur asserendo, & se*  
*4. non scripsisse Lutheranos id velle & docere, sed quod hoc ex eorum principiis sequatur. Obligationem inquit & in illis agnosco non voluntatem. Verum non sic elabetur. Perspicuè & clarè dixit, hæc esse nostra principia, nostras leges, profes-*  
*§. ibid. siones, & quod solis verbis scripturæ ad un-*  
*q. loc. cit. gvem articuli fidei efferendi sint, hoc ostendendum est Jesuitæ à nostrâ Ecclesiâ doceri, aut fictionis crimen incurret.*

II.

Deinde nihil falsum dixi, quando Jesuitam accusavi, quod malè tribuat Ca-

tholicis, quos Lutheranos vocat, eos Ec-  
 clesiae Doctores, Patresq; & traditiones  
 omnes damnare. Id enim manifesta ver-  
 ba ejus habent. Per *traditionem*, inquit,  
 & *Ecclesiasticam ad nostra haec tempora S. li-* *a part. 1.*  
*tera deferuntur, cum tamen adversarij* *p. 68.*  
 (Protestantes) *traditiones ejusmodi repudi-*  
*ant. Idem nihil, ait, & tam apud adver-* *B part. 1.*  
*sarios receptum est, quam omnes traditio-* *p. 84.*  
*nes extra scriptum Dei verbum damnan-*  
*das esse. Ac istud, quod de Traditioni-*  
*bus, à Protestantibus damnatis (quod nun-*  
*quam probabit Jesuita) dixi, agnoscit, ni-*  
*hilq; reponit; de Patribus a. non idem se*  
*locutum vult. & Ecce a. verba: At certè ne-* *γ. part. 3.*  
*mo horum (Doctorum Protestantium) fuit,* *p. 6.*  
*ait, δ qui non Patres antiquamq; Ecclesiam* *δ. part. 1. p.*  
*tanquam errori obnoxiam despexerit. I-* *87.*  
*dem, jam eò, ait, ε deventum est apud Prote-* *ε. part. 1.*  
*stantes, ut si vel quisquam è tabernâ sutor* *p. 77.*  
*condemnet erroris Ecclesiam, sanctissimi ve-*  
*teris Ecclesiae Patres, gravissima Episcopo-*  
*rum concilia, universus Christianus orbis ce-*  
*dere cogatur. Amplius: Solenne est,*  
*inquit, ζ illis non sensu à Majoribus tra-* *ζ. part. 1. p.*  
*dito, à Patribus confirmato & in Ecclesiâ* *58.*  
*Catholicâ recepto (ut nos facimus) S. Scri-*  
*pturas proponere. Iterum: Soli, inquit, η* *η. part. 1. p.*  
*Catholici (Papistæ) verbo Dei per scripta Pa-* *17. vid.*  
*trum & Ecclesiae traditionum exhibitio assen-* *part. 1. p. 14*  
*trium- 18. 80. &c.*

apart. 3. p.  
6.

B. Brev.  
theol. ex-  
tens. suppl.  
c. 1. §. 8.

tiuntur. Sat ne clare hæc evincunt, Je-  
suitam tribuere nostris, quòd Ecclesiæ  
Patres & traditiones omnes rejiciamus?  
Quid id ergo negat? Si alibi aliter scribit,  
& nunc, ut me criminis falsi reum faci-  
at, se scripsisse, profitetur; & quod pro-  
testantes Sanctos Patres non rejiciant,  
quin S. Scripturam juxta veteris Ecclesiæ,  
sanctorumq; Patrum sensum usurpari postu-  
lent: partim id Jesuitæ inconstantiam,  
partim rursus ejus in nostræ Ecclesiæ sen-  
tentiis ignorantiam arguit. Neq; n. ita  
crudè & absolutè, ut ille quidem hic lo-  
quitur, de S. Scripturæ sensu ex veteris Ec-  
clesiæ, Sanctorumq; Patrum scriptis eru-  
to, Theologi sentiunt. Quâ de re (si  
tamen meretur Jesuita) non pigror sententiam  
orthodoxam ex B. Hulsemanno  
B. producere. Hanc fidem, seu notitiam  
potius, inquit, me auctoris (v.g. Prophetæ,  
Evangelistæ) mentem rectè affecutum esse,  
mirificè illustrant & confirmant interpre-  
tationes & expositiones antiquorum Docto-  
rum Ecclesiæ. Veram quia hi ipsi Docto-  
res eadem scripturæ testimonia non perpe-  
tuò eadem ratione, nec singuli eodem modo  
interpretantur, nec sufficiens inductio singu-  
larum interpretationum per singulos aucto-  
res hætenus facta est; nec illi Doctores o-  
mnes & singuli, qui non scripserunt, vel  
quorum scripta interierunt, consensum suum  
resol-

resolvere voluerunt aut potuerunt in consensum eorum, quorum libri scripti supersunt, nec ulla divina promissio exstat, quod interpretationes illorum *Da. quorum scripta existitura erant, futurae sunt infallibiles, si consentiunt, secus si abs invicem dissentiant* (quin contrarium potius *Jac. III. 2.* Noli te affectare informationem aliorum, quia in multis aberramus omnes) *Idcirco fides illa, quae de verâ interpretatione hujus vel illius dicti Biblici generatur, ex hac specie traditionis Ecclesiasticae, quam consensum veterum Interpretum appellamus, non est divina, nec infallibilis, sed humana tantum & probabilis.*

Ut jam dicam de tertio, quod Jesuita se nobis tribuisse negat, nos scilicet *cujusvis privati interpretationem Scripturae verbum Dei habere, seu, ut ille Latinè vertit: a quod quisq; privatorum interpretationem suam pro verbo Dei substituatur; a-* ded manifestum est tribui à Jesuita nostris, ut quid animi habeat talia se scripsisse negans, verbis facilè explicari non possit. Non n. obiter, sed ex professo *part. I. tract. 2. c. 2. 34.* prolixè defendit *β* protestantes docere, à publico judicio Ecclesia non ita determinari veritatem, ut non fidelium quisque suam sententiam Ecclesiae apponere possit, seu ut illius verba

III.

*α. part. 3.  
p. 5.*

*β. part. 1.  
à p. 59. ad  
p. 105. seqq.*

*α part. l. p.* verba habent : *α posse privatum quemq; fi-*  
70.

*delium formare tale iudicium: mea hæc sen-*  
*tentia vel confessio fidei, quam amplector,*  
*est conformis S. Scripturæ, illa verò, quam*  
*Ecclesia Catholica (universa, universalis)*  
*amplectitur, difformis est. Porro hanc*  
ceu certam doctrinam & sententiam Pro-  
testantium Jesvita per multas paginas ibi  
persequitur, & multa comminiscitur, ut  
hoc problema defendat. Quâ fronte er-  
gò negat se hoc scripsisse? Ipse tamen in  
Ecclesiarum nostrarum praxi aliter ob-  
servari, adeoq; aliter statui à nostris, con-

*β part. 1.*  
*p. 76. 77.*

fiteri, & vi veritatis dicere cogitur β cer-  
tum & infallibile nobis esse Ecclesie legi-  
timum iudicium, p. 76. seqq. Quo posito,  
se ipsum jam refutavit Jesvita, & dixit:  
non esse eam temeritatem Protestantium, ut  
sibi quisq; illum sensum deligat, quem pri-  
vato ipse iudicio solum esse certum, verumq;  
statuit, idq; prætextu divini spiritus, sibi  
clarissimè per illas loquentis, ut Cretensis

*γ part. 1. p.*  
*105.*

noster sine rubore scripserat γ. Falsum  
itaq; est, apud nos quemvis privatum,  
ultimum iudicium (quomodo ille vo-  
cem sumit) assensus sui circa expositio-  
nem & intellectionem dicti Scripturæ vel  
solum vel primariò fundare in proprio  
sensu aut sententia. Falsum item est, Pa-

*δ. ibid.*

pistas (quod vult noster) δ ultimum iudi-  
cium



ciū assensus sui circa expositionem vel apprehensionem alicujus dicti Scripturæ conformare iudicio Ecclesiæ universalis, iudicio vè Episcoporum, in vel extra concilium congregatorum.

Non in Ecclesiæ consensu, sed in unius Episcopi Romani arbitrium & decisionem resolvunt omnem fidem, idq; quia sic placet, nullo nixi jure divino, nullâ promissione divinâ de futurâ infallibilitate solius sedis Romanæ. Quo fundamento fidei nihil quidem indignius homine Christiano dici aut cogitari potest. Talia autem plenè pertractare non est mei nunc instituti, qui defensum tantum venio ea, quæ falso sibi à me impunita Jesuita dixerat. Eorum itaq; quartum est quod scripsi, Jesuitam de comitiis Francofurtensibus, anno 1658. habitis affirmasse: Confessionem fidei ibi à parte Catholicâ (Papisticâ:) parti Protestantium exhibitam esse, alteramq; alterius Confessionem interpolasse vel ratam habuisse. Id quidem Masenius in libro suo, quem dicit *Meditatam Concordiam*, clarissimè scripsit, & nihil ego hic fingo. Confessionem fidei ibi cum comitia agerentur à parte Catholicâ parti protestanti exhibitam & vulgatam esse disertè scripsit; totam historiam hisce verbis breviter

#### IV.

α part. 1.  
p. 5.

β part. 3.  
p. 2.  
γ part. 1.  
præf. &  
dedic.  
δ ibid.

viter complexus est: α *Utrinq;* *admissa*  
*fuit confessio, quibus verbis à Catholicis (pa-*  
*pistis) concepta est, typisq;* *excusa, ac Fran-*  
*cofurti in electione oblatà in aula Leopoldi*  
*Regis Proceribus, aliisq;* *Principibus mense*  
*Aprili, anno 1658. iisdem à Protestantibus*  
*recusa & passim communicata etiam fuit*  
*mense Junio insequenti. Unde illa con-*  
*fessio à Jesvitâ dicitur Francofurtensis: β*  
*confessio partis Catholica: γ partis prote-*  
*stantis: δ utriusq;* *partis? Hæcce qui-*  
*dem liticula quod ad rei veritatem atti-*  
*net, quia res merifacti est, tuum judici-*  
*um, Vir Amplissime, eò magis subire*  
*potest, quò magis quotidie vel per lite-*  
*ras vel ore & auribus conversaris cum iis,*  
*qui comitiis illis Electoralibus interfue-*  
*runt. Edicant illi, an unquam de pu-*  
*blico hujusmodi actu, deq;* *exhibitione*  
*certæ confessionis fidei à parte Papisticâ*  
*parti protestanti factâ, fando ibi audi-*  
*tum sit? Mea tamen se eo usq;* *non exten-*  
*dit nunc disceptatio; satis est, si ostende-*  
*ro, quid Masenius scripserit, vel non*  
*scripserit, nullamq;* *à me ei injuriam es-*  
*se illatam, quando dixi Jesvitam in uni-*  
*versum omnibus, quotquot Francofurti*  
*Ecclesiam Romano-Catholicam, & quot-*  
*quot Ecclesiam Protestantium repræsen-*  
*tarunt, tribuisse, eos super quadam fidei*

con-

confessione vel dimicasse vel consensisse.  
Id eum scripsisse ostendo, dum à Catho-  
licis (Papistis) parte Catholicâ (papisticâ)  
& Protestantibus, seu parte Protestantium  
profectas, & invicem commutatas eas  
esse Confessiones sæpius asserit. Aliter  
accipere voces eas nemo potest. Ac ha-  
beo propemodum confitentem reum Ma-  
senium meum, qui nunc in tertiâ, quam  
dicit, parte suæ Concordiæ generalia ver-  
ba sua fugit, & quæ dixerat de parte Ca-  
tholicâ & Protestanti, restringit ad quos-  
dam utriusq; partis homines: *quod ab u-*  
*triusq; inquit a partis hominibus vulgata*  
*ea sit typographi & exemplaria testari po-*  
*terunt.* Agnoscit ergo Jesvita, se saltem  
impropriè aut malè locutum, & de totâ  
parte catholicâ aliquid enunciaſſe, quod  
de quibusdam dicere debuisset. Me au-  
tem sibi per calumniam quædam impo-  
ſuisse, Jesvita dicere non potest, qui ver-  
ba ejus in ſignificatione uſitatâ accepi, ut  
debui.

Quod tandem quintam mei accusa-  
tionem attinet, eam Jesvita non movis-  
ſet, niſi ſtomacho indulgere ipſi placuiſ-  
ſet: falſò ſcilicet me ſcripſiſſe Maſenium  
venditare libellos, D. Joh. Matthiæ Epi-  
ſcopi Stregnizenſis in Svecia, pro publicâ  
confeſſione totius Eccleſiæ Evangelicæ.  
Mani-

a. part. 3.  
p. 4.

V.

a part. 1.  
p. 115.

B. part. 1.  
p. 116.

γ. part. 1.  
p. 117.

δ. part. 1.  
p. 119.

Manifestum enim est, proponere Mase-  
nium autorem laudatum, ejusq; verba,  
ac si à totâ Ecclesiâ Evangelicâ prolata  
essent, seu quasi totius Ecclesię nostræ  
vota exprimerent, accipere. Ita enim  
loquitur: *α Sentiunt Protestantes, Dei vo-  
luntatem esse ut Concordia in Ecclesiâ redu-  
catur. Ita literis suis ad Regem Sveciæ da-  
tis testatus est D. Johannes Matthia, Episco-  
pus Protestantium. &c.* Quisquis hæc le-  
git, sensum alium verborum capere non  
potest, quàm quòd D. Joh. Matthiæ elo-  
quatur, quod omnes Protestantes senti-  
unt, ac esse eum præconem sententiæ o-  
mnium nostrorum, qui publico nomine  
scribat, & publica vota exprimat. Ite-  
rum eodem modo Masenius de D. Joh.  
Matthiæ loquitur: *β Nullam in Christiano  
Imperio pacem concordiamq; sine illâ religi-  
onis harmoniâ stare diu posse, ijdem sentiunt  
Protestantes harmoniâ stare diu posse, ijdem  
sentiunt protestantes. Juvat Stregnensem  
audire rursus. Iterum: γ Ipsimet Prote-  
stantes agnoscunt inter se neq; esse concor-  
diam, neq; veritatem defendi, Stregnensis  
Olivæ Ramus dictis fidem faciet. Iterum:  
δ Agnoscunt (Protestantes) quòd S. Scriptu-  
ra interpretationem in locis dubiis obscurisq;  
non assequantur, verba ejusdem sunt Scripto-  
ris, Atq; ita semper quoties de D. Stre-  
gnensi*

nenſi Epifcopo loquitur, non ſecus de eo  
loquitur, ac ſi ille omnium deſideria &  
vota exprimat, unusq; ſit inſtar omni-  
um. Quod ipſe fateri cogitur Maſenius,  
eodem in loco, ubi eam accuſationem à  
ſe devolvere vult: *Autoritate, & inquit, a. part 3.*  
*Scriptoris veſtri uſus ſum, quem magnus p. 6.*  
*Svecorum Rex, proceresq; regni in oblato*  
*hoc ſcripto patrociniò dignati ſunt.*  
Hæc ſcilicet ipſi ratio eſt, quare cum  
proteſtantium omnium vota exprimere  
aut adducere voluit, Dn. Matthiæ ſolum  
allegaverit.

Quid ergo negat ſe hunc autorem  
venditaſſe totius Eccleſiæ noſtræ præco-  
nem? De patrociniò tamen, de quo glo-  
riatur Maſenius, mihi aliisq; nihil inno-  
tuit. Et ſi maximè regio patrociniò pro-  
ceres Sveciæ complexi fuiſſent D. Joh.  
Matthiæ, multum tamen deeſſe ei, ante-  
quam iſ publico Eccleſiæ nomine ſcribe-  
re dici poſſet, ipſe, credo, Jeſvita, ſi rem-  
penderit, fatebitur. Veruntamen quo  
in precio D. Joh. Matthiæ Epifcopus Stre-  
gnenſis ſit, & quo patrociniò Sereniſſi-  
mum regnum Sveciæ haſtenus eum digna-  
tus ſit, edocet nos noviſſimum decretum  
anno ſuperiore d. XV. Julii, poſt cenſuram  
Synodi Eccleſiaſticae regiâ autoritate  
munium, & per omnes Eccleſias, e-  
tiam

B

tiam

tiam germanicas, regno Sveciæ subjectas,  
missum: ex quo pauca huc facientia ad-  
ducam. Wir Carl von Gottes  
Gnaden / &c. Mögen euch gnä-  
digst nicht verhalten / was massen uns  
vor weniger Zeit ist vorgebracht / das  
ein Theil der Bücher und Schriften /  
welche unser auch getreuer und Bis-  
choff zu Strågnås D. Johannes  
Matthiä vor etlichen Jahren publicis-  
ret / und im Druck auffgehen lassen /  
einige novitäten in sich begreifen sol-  
ten. Dannenhero und dieweil nicht  
allein unsere Deputirte von der Cleris-  
sey die von vorbesagten Erzbischoffe  
und der Theologischen Facultät zu  
Upsahl / uns zuvor eingesante Schrift  
in allen stücken approbire / und unters-  
schrieben / wir auch also nach vorher-  
gangener gnugsamer untersuchung  
weiter vernemen / das etliche von  
mehrbemelten Bischoffe zu Strågnås  
Bücher / und Schriften / absonder-  
lich diejenige / welche von ihm genant  
worden *Rami olivæ septentrionalis*,  
und dann *Idea boni ordinis*, einige  
sohanige vorschläge und Meynung im  
Munde

Munde führen/welche scheinen die Gemeine Gottes zu präjudiciren/wollen derothalben / das solche seine Schriften und Bücher (alldieweil dieselbe nicht allein keine Erbauung in der Gemeine Gottes schaffen/sondern Irrung und Unruhe in der durch Gottes Gnade bisher erhaltenen Einigkeit / daferne demselben nicht zeitig vorgekommen würde / erregen können) allerdingssollen verbotten seyn aufzulegen / zuverkauffen / oder zuverführen / weder inner noch außserhalb unserer Reiche / oder denen darunter belegenen Landen und Provinzien bey Vermeidung unserer Ungnade und ernstlicher Abstraffung aller der ienigen / so dawieder handeln werden.

Hoc ergo regio patrocinio honoratur D. Joh. Matthiæ Episcopus Stregnen-  
sis Sveciæ, tantaq; est ejus in nostrâ Ecclesiâ autoritas.

Vides, opinor, Vir Amplissime, quàm lucida sint figmenta Jesuitæ Jacobî Masenii, qui ritantis super injuriâ, in hisce quidem, quæ ei, prout nunc narrata sunt, tribui. Quæ cœtera adversus me in sæpius allegatâ tertiâ parte suæ Medi-

*ta Concordia* fulmina vibrat, ea maximam partem oratione quadam publicè abs me habitâ, complexus sum & declinavi.

Cum n.à Rev. Facultate Theologicâ in inelytâ Acad. Wittebergenfi mihi accessum ad honores & gradus Theologicas petenti, (quo Serenissimi Electoris Sax. Nutricii nostri clementissimi, munificentia allectus sum) aliquid materiae theologicæ perorandum imponebatur, visum est de hoc Jacobo Masenio, ejusq; studiis verba facere. Ea quidem oratio cum non invitis auribus à coronâ Virorum doctorum accepta sit, etiam non invitis oculis, si describeretur, à piâ mente legi posse amicorum persuasione credidi. Passus itaq; sum eam typus exprimi. Meruisset fortè Masenius, qui tantopere non tam in nostram, quàm Ecclesiæ perniciem laborat, tamq; falsè & pueriliter nos suâ *Meditatâ Concordiâ* illudit, & verbis inficetis insultat, ut dignum patella operaculum parassem, & quæ debentur, protervo huic capiti, coronas imposuissem: sed ipse, vir Nobilissime, mecum procul dubio censes, satius esse, remissius, quam asperius homines sine autoritate licet protervè, in Theologiâ peccantes, accipere. Dabis autem mihi veniam,  
quod



quod hasce chartas Amplissimo nomini  
tuo, qui meliora mereris, addicem &  
inscribam. Certe diu propter insignem  
humanitatem, quâ me excipere soles,  
promerebaris aureos montes, quos ego  
præstare non possum, nisi quod preci-  
bus meis illos & multa alia à supremo  
montium rectori Tæ. Ex. in æternum  
precor. Id cupio tantum hac dedicati-  
one, ut memorem tui animum ostendam,  
& ipse tui præclari nominis non frigidum  
cultorem me agnoscas. DEUS Te servet,  
& amorem tuum erga Ecclesiam & Theo-  
logiam, Theologosq; firmet & augeat.  
Vale. Dabam Seidæ d. XXIX. Maii anno à  
partu virginis M DC LXIII.

Tæ. Excæ

*Nobilissime vir  
humilimus in Christo servus.*

**JODOCUS SLAFIUS**

S. Th. Lic. Pastor & Super-  
intendens.

B 3

ORA-

ORATIO  
DE CONATIBUS  
& artibus Jelvitaë  
Jacobi Masenii.



Agnifice Domine Re-  
ctor, plurimum Reve-  
rendi, Excellentissimi,  
Amplissimi, consultissi-  
mi, Experientissimi,  
Reverendi & Pruden-  
tissimi viri, Domine  
Generalis Superattendens, Doctores,  
Professores, ac Presbyteri, Patres in Chri-  
sto venerandi, vosque Studiosi juvenes  
Nobilissimi atq; eximii, amici spe-  
ctatissimi.

Dum ad vos verba mihi facienda,  
nihil occurrit potius, quod sermonem  
mereatur, quam Ecclesia, Ecclesiæq; fa-  
cies, quæ talis hodiè ut orationem faci-  
lè omnibus eliciat, & homini non im-  
probo pectus concutiat. *Bernhardus*,  
Abbas Clarevallensis, quem pia antiqui-  
tas *Sanctum* nuncupavit, prolixè ali-  
quando ad Clerum de damnis & periculis,  
ex altâ pace & tranquillitate Ecclesiæ or-  
tis, verba faciens, adducit illud Esaiæ ex  
c. XXXVIII. *Ecce in pace amaritudo*  
*mea*

*mea amarissima; quod scilicet in pace multum amaritudinis Ecclesie frequentissime nascatur. Non attingam nunc, quam recte aut congrue B. Pater eam sententiam ex oratione Hiskia allegaverit, & num verba illa eum præ se ferant sensum, quo ea Sanctus ille applicavit: interpretibus ea cura esto. De re mens & cogitatio nostra est, quam recte ista dicantur, & quam semper rerum experientia probaverit, in pace amaritudinem Ecclesie esse maximam, & ex ipsa temporum tranquillitate multa semper suborta mala. Merito, inquit Sanctus, & exclamat S. Ecclesia hodie: ecce in pace amaritudo mea amarissima. Multa est hodie & longe gravior, quam credi possit, persecutio S. Ecclesie, & talis incumbit, qualis in principio non fuit. Multis modis persecutus est eam diabolus, sed nunquam gravius, quam hodie. Eam persecutionem ostendit postea B. Pater oriri ex sui temporis otio & luxu clericorum altâ pace fruuentium, & quod ex iis consequitur, vitiiis morum gregis, insidiisq; hæreticorum non resistentium. Evenit a. plerumque, ut de pace fruuentibus id dici soleat, quod de turpi cupidine captâ Reginâ narrat Poeta:*

B

4

Non

*a Bernh.  
Carm. ad  
Past. in Syn-  
nod. &  
serm. 33. in  
Cant.*

Virg. l. 4.  
Æneid.

Non cæpta assurgunt turres, non arma  
juventus  
Excrescet, portusve aut propugnacula  
bello  
Tu taparat: pendent opera interrupta,  
mineq;  
Murorum ingentes, equataq; machina  
cælo.

Quin hæc mortalium conditione  
freti hostes Ecclesiæ securius intra ejus  
pelliculam latent, alii impune publicè  
prorumpunt, tantoq; liberius grassantur,  
quanto magis de inertia Ecclesiastico-  
rum, securâ pace fruuentium, sibi vel ve-  
rè vel falsò promittunt. *Quia pax no-  
stris & quies à persecutionibus erat, atq;  
Ecclesiarum gloria meritis Confessorum gau-  
debat, prosperitas rerum nostrarum dome-  
stica contentione turbatur,* inquit Ruffinus  
de calamitate Ecclesiæ, ab Arrio hære-  
tico inflictâ, exorsurus. Idem in prin-  
cipio hujus historiæ dicit Theodoretus. *β.*  
Nec exempla alia desunt. Hæc quoq;  
tempora, A. A. quibus Halcyonia DEUS  
Ecclesiæ largitus est, perpetuâ constan-  
tiq; pace Orthodoxa religio in Imperio  
gaudet, amaritudines nobis gignunt, &  
mala multa minantur. Sicut hieme ni-  
veq; sublatâ, vere novo sole sub ardente,  
lappæ, cardui, urticæ, & id genus lolii  
in

α. Ruffin.  
Hist. l. 1. c. 1.  
β. Theod.  
Hist. l. 1. c. 1.

in hortis pingvibus ubertim progermi-  
nant, & capita efferunt, sic hodiè præ-  
stigiatorum Ecclesiasticorum immensam  
vim prognasce videas: ibi malè feriatos  
fratres, alibi Christianorum apertos ho-  
stes aliquid moliri, plerumq; pacificatio-  
nes, uniones, concordias, conciliatio-  
nes, Syncretismos, id est, seductiones,  
defectiones & Apostasias svadere ac me-  
ditari. Tot exemplis confirmati parum  
abest, quin dicamus, ultra sortem & ca-  
pacitatem militantis Ecclesiæ esse, pace in  
terris frui. Quin & confidunt adversarii,  
& tantum sibi de victoriâ promittunt,  
quantum alias unquam.

Inter eos est Jesvita coloniensis Ja-  
cobus Masenius, qui ex temporis hac  
conditione, vanus haruspex, suffocati-  
onem & interitum veritatis divinæ brevi  
fore, omniaq; in partes Papæ concessura  
ominatur. Ipse verò spe plenus adjutor  
tantæ rei esse cupiens ingenii sui vires pe-  
riclitatus expeditam se viam invenisse  
censet, quo modò *vel ex ipsis legibus &  
principiis nostris convincamur, vel via ali-  
qua ac ratio honesta reversuris in sinum Ro-  
manum aperiatur.* Edidit itaq; intra tri-  
ennium proximum *Concordias medita-  
tas tres.* Ut, si una non placuerit,  
placeat altera. Qui quidem libelli

*a Conc.  
Med. part.*

*a. Erberm.*  
*Anti-*  
*Mus. II.*  
*p. 3. 6.*

maximis minimis obtruduntur, è latino in Germanicam lingvā transfunduntur, aliquando laudantur & leguntur. De ejus itaq; artibus, & quid novi nobis afferat Jesuita, dicendi mihi partes, si permittitis, sumpsi, ac rogo attentionem & benevolentiam vestram. Dicam autem A.A. simpliciter, non ornatis periodis comptisq; vocibus, sed prout solent, qui rem narrare & exponere cupiunt, verborum ornatus ignorantes, aut susq; deq; habentes.

Dum Jesuitam vobis nomino, AA. intelligitis, de quo sermo meus futurus, de uno scilicet ex iis, qui singulares defensores communis hostis Christianorum Pontificis Romani audiunt, qui præ aliis Papistis livore & odio, adversus Ecclesiam tyrannidi, infinitaq; protestati Pontificiæ contradicentem inflammati ad hoc missi sunt, ut Antichristum revelent (id est, ut volunt, Ecclesiam Lutheranam perdāt) ceu diu ante societatis ortum vaticinatum fuisse Corn. à Lapide, aliq; gloriantur. Flabrones illi incendii Ecclesiastici, per quas hætenus stetit, quò minus, quod Cassander olim optabat, & Pontifices publicæ paci aliquid concederent, ut cum aliis B. Menzerus noster conqueritur. J. Masenius ta-

*β Corn. in*  
*Apoc. c. II.*  
*v. 3.*  
*γ Cass. consult. p. 94.*  
*δ. Menz.*  
*Exeg. A. C.*  
*p. 349.*

men meus meliora canere videri vult, nec  
amplius

*α* *Areciere viros, Martemq; accendere* *α* *Virg. I.*  
*cantu:* *5. En.*

Sed, mutatis tibiis, PACEM, PACEM  
canit, quæ

-----  
----- *optima rerum,*  
*Quas homini novisse datum est.*

De artibus, quibus ille eadem, quæ  
socii, id est, Ecclesiam Catholicam ap-  
primere intendit, longum esset narrare,  
si exponere omnes vellem, etiam illas,  
quas cum aliis communes habet, quales  
sunt, quod malitiosè multa nostris affin-  
gat & imponat, quod suum Papam, tam  
foedis antecessorum vestigiis insistentem,  
ut niveum nobis depingat, divinisq; lau-  
dibus evehat; β imprimis amorem ejus  
erga Germaniam mentiatur: γ quod or-  
thodoxos presbyteros, B. Lutheri succes-  
sores, piosq; nostros omnes, omnis ge-  
neris calumniis oneret, eosq; eeu bufo-  
nes Reipubl. & societatis humanæ pingat,  
quasi Rectores Ecclesiæ aspernentur; δ nul-  
lum Ecclesiæ iudicium infallibile habe-  
ant, aut statuant; ε per eos pax publica  
turbetur, & hætenus turbata sit; ζ au-  
tores sint schismatis Ecclesiæ η. sint homi-  
nes ventri ac ingvini nati; θ. quod in unâ  
Saxo-

β *part. 2.*  
*dedic.*

γ *ibid. p. 2.*  
*3. b.*

δ *part. 1. p.*  
*70.*

ε *part. 1. p.*  
*36. 71. 75.*

ζ *part. 1. p.*  
*87. 99.*

η *part. 1. p.*  
*1. part. 3. p.*

θ *4.*  
*η part. 1. p.*  
*76. 122.*

*part. 3. p.*  
*c. 5.*

*θ. post. 3. p.*  
*23.*

*α part. 3.  
p. 21.*

*β l. 2. de ge-  
mit. col.  
p. 144.*

*γ vid. eti-  
am Bzo-  
vius An-  
nal. ad  
ann. 1483.*

*δ part. 2  
p. 3.*

Saxoniâ tot sint religiones, quot Eccle-  
siæ α & centena alia. Quas quidem ca-  
lumnias à seculo scriptores Pontifi-  
cii, imprimis Jesuitæ, in nos evo-  
munt, suorum freti credulitate, no-  
strâq; respondendi imbecillitate. Qui  
enim impares numero sumus tot agmi-  
nibus clericorum Papalium, quæ Bellar-  
minus ipse deplorat, β & pingvi otio fin-  
gendiq; & scribendi potentia abundan-  
tibus, adeoq; voluminibus eorum volu-  
mina opponendi impotentes, quiq; bona  
conscientiâ confisi, ista omnia homini pe-  
ritiori, rerumq; gnaro gratis dici puta-  
mus, talia magno animo negligimus, &  
responsione indigna censemus. Et quis  
oleum & operam tandem perderet in re-  
futandis tot crassis commentis, quale est,  
Lutherum ab incubo esse progenitum,  
quod patrum memoriâ sine tabulâ & te-  
stibus operosè defendit Serarius? γ Has  
verò & similes calumniarum phalanges  
Masenius quoq; ducit. De iis a. quæ no-  
va & singularia in nostro videri possunt,  
dicam.

I.

Horum prius esto, quod sibi per-  
svadeat, aliisq; persuadere annitatur,  
*per eos nunc esse nostrates controversia-  
rum: δ Theologos ab inspectis utrinq; Scri-  
pturis*



pturis & rationibus post tam longam diffi-  
 lemque cause totius ponderationem equiores  
 nunc Papisticis principiis esse. *α* Multos  
 Doctorum nostrorum, qui agitata jam u-  
 tringque explorataque demum altius causa, suum  
 errorem agnoscere, ipsosque principes & ur-  
 bes pleno agmine ad Catholicam (Papisti-  
 cam) veritatem redituros, modò via ac ra-  
 tio reversuris honesta pateat, ac citra fortu-  
 narum honorisque discrimen exitus ad rem  
 conceptam opportunus aperiatur *β* Hæc  
 non calumnia est AA. sed plusquam calu-  
 mnia, artificium singulare imponendi no-  
 stris, & animum addendi adversariis.  
 Quid enim? pertæsinè sumus cum illo  
 controversendi, qui noster, qui Christi,  
 qui cœli & cœlestium professus est hostis  
 iisque se ante ponit? Quo iudicio hæc pro-  
 bat Jesuita? O. seculum infelix! ubi Chri-  
 stiani, pertæsi sunt officii & pietatis! *π*  
*tatis est a. non contentionis, dissidia cum hæ-*  
*reticis habere, asseverat aureum os Chry-*  
*solstomi. γ* Si intelligit Jesuita, fuisse ul-  
 lum tempus, quo præliorum & dissensio-  
 num cum Papistis non pertæsi, sed avidi  
 nostrates fuerunt, aut ignarus est histori-  
 arum, aut protervè, mentitur. Jubeo  
 illum intueri & evolvere historias, & quæ  
 de initio schismatis jamdudum prostant,  
 edicat, si frontem habet, utra pars magis  
 Pau-

*α. part. 3. p.*  
*)(. 7. part.*  
*1. p. 3.*

*β part. 1. p.*  
*t. 4. part. 2.*  
*p. 3. ibid.*  
*p. 3.*

*γ Chrysoft.*  
*hom. in*  
*Psalms.*  
*Nazianz.*  
*orat. 12.*  
*δ Sav.*  
*Hist. C. T.*  
*Sleidan.*  
*Chytr.*  
*Hist. A. C.*  
*Cœlest.*  
*Hortied.*  
*Thuan.*  
*Goldast.*

a. Rom.  
XII. 18.

β *Suavis*  
*Hist.*

*Cōc. Trid.*  
*l. 1.*

*Cælest.*  
*Hist. A. C.*

*t. 1. p. 6.*

*seq.*

*Sleid.*

*l. 2 seqq.*

*Gentilet.*

*Ex. Cont.*

*Trid. p. 16.*

*seq.*

*γ. Hulsem.*

*Man. Aug.*

*Conf. disp.*

*19. p. 1087.*

*seq. p. 1119.*

*seqq. 1147.*

*seqq.*

*δ Aug.*

*conf. art.*

*28.*

II.

Paulini moniti *quantum in vobis est, pacem diligite, et* memor fuerit? Judicet Jesvita, utra pars præceps fuerit in rumpendo unitatis vinculo? utra pars media ad reductionem fugerit, censuram scilicet legitimi Concilii, pars ne Augustana, an Romana? Quis recusavit, tardavit, aversatus est legitimum Concilium, Papanè an nostrates? β Quis repressit partem adversariam, ne in concilio admitteretur & audiretur? γ Quis sibi præter morem juramento habuit obstrictos: Assesores Conciliabuli Tridentini, ne adversus se quicquam molirentur, an nostri, an Romanus ille? Bellum elegimus inviti, & posteritatis, non nostri commodi causa. *Ipsi viderint, quomodo DEO rationem reddituri sint, quòd pertinaciâ suâ causam schismati præbeant, verba sunt finalia Augustanæ nostræ confessionis. δ*

Habetis primum artificium AA. quo Jesvita incedit. Alterum est, quòd novo schemate indutus, vestem, signa & insignia ostendet nostra, quibus nihil nostrum subest: Stratagemata solent esse militum, signa militaria hostium aliquando assumere, ut non dignoscantur, tutiusq; in eorum castris versari & grassari possint. Sic Masenius eo sermonis colore bene personatus ad nos venit, quo nos uti

sole-

solemus. Quum enim *Confessionem fidei*  
quæ à loco exhibitionis *Augustana* dici  
meruit, nos multum in ore habeamus,  
magniq; nomen hoc faciamus, ille itidem  
*Confessionem Fidei* fabricavit, illudq; no-  
men suis chartis, ante triennium editis,  
indidit, ut hoc in signo vinceret. Porro  
quum *Concordiam* salutemus compagem  
libellorum, quos *Symbolicos* dicimus, il-  
le quoq; *Concordiam Meditatam* conscri-  
psit. Quum modus loquendi in S. libro  
*Concordiæ nostræ* sit: *credimus, confite-*  
*mur, Ecclesiæ magno consensu docent, &c.*  
ille quoq; omnes suos articulos sic ordi-  
tur: *Credimus, credimus.* α Ad imitati-  
nem Aug. Confessionis & ipse præ suâ  
Confessione supplices literas ad Cæsarem  
Romanum præfixit. Et ne quid desit pul-  
chræ imitationi, abdicatâ odiosa (ut cen-  
set forte) voce *Anathema*, substituit in an-  
tithesibus suis nostras voces *damnamus,*  
*rejecimus.* γ Addit etiam in fine confes-  
sionis suæ Epilogum, Aug. Confessionis a-  
liquo modo similem. An sic Patris sui  
Lojole monitis, *ut omnibus omnia fiant,*  
satis paruerit, sociorum esto iudicium.  
Hac. a. indutus veste confidit, glaucomata  
oculorum ob fascinare se, & fallere posse  
Lutheranos, quos Jesvitæ securè credunt,  
*simplicissimos esse Theologos, simplicitate non*  
colu-

α part. 1. p.

13. 14. seqq.

β part. 1. p.

1.

γ part. 1. p.

14. seqq.

columbinâ, sedillâ pecorinâ, quam Apo-  
Greg. de stolorum Princeps 2. ep. 11. 12. exprimit. α. Eja  
Val. l. 2. A- agite A. A. Jacobum hunc verè Jacobum,  
pol. pro I- fratremq; vestrum veste fratris Esavi, pul-  
dol. c. 1. creq; fragrante, indutum, β admittite,  
β. Gen. credite, eiq; benedicite.

XXVII.

18. seqq.

III.

γ part. 1.

præf.

δ part. 3. p.

)(. 6.

ε Actio

prodit.

Regni

Angl. in

Garnett. p.

16. seqq.

ζ Sleid. l.

7. p. 195.

seqq. chyt.

Hist. A. C.

p. 457.

Bzov. An-

nal. ad

ann. 1630.

n. 80.

Dabo nunc tertiam artem Masoni-  
anam, quæ est orando & supplicando re-  
ditum ad Papatum sollicitare. Ita enim  
in præfatione ad totius Europæ Prote-  
stantes quos vocat *dilecta Salvatoris nostri*  
*pignora, animas pretioso ejus sanguine re-*  
*demptas* inquit: *vos demissa veneratione, ob-*  
*servantiaq; quâ possum in Christo maxima,*  
*compello. Vos supplex convenio. Hoc oro, ob-*  
*testorq;.* γ Per DEUM vos salutemqve ve-  
stram obtestor. δ Præfigit etiam libello suo  
illud Apostoli: *obsecro vos, fratres, per no-*  
*men Domini nostri Jesu Christi, ut id ipsum di-*  
*catis omnes.* Id quidem cum paucis Je-  
svitis nostro familiare est. Olim in ma-  
ledicta capita ferro & flammâ sæviendum;  
sulphure & nitro suffodicandas Regum  
aulas; ε & bello extingvendas omnes, qui  
à papali sede provocare audebant; ζ Ger-  
maniam etiam omnemq; Septentrionem  
uno ictu se trucidare posse confidebant,  
nihil minus curantes, quam redituram a-  
liquando contemptis doloseq; pressis tot

præ-

præclaris nationibus antiquam illam virtutem, quâ sæpe numero tremuit Italia; nec deesse extrema vindiciarum subsidia naturalia. Nunc, mutatâ rerum facie, & ipsi faciem mutant, ac orando, & falsis lacrymis evincere posse putant, quos iustâ causâ non possunt. Tale est illud artificium, quod adolescentes apud Comicum legunt, meretriculæ, quæ cum amantem omnibus injuriis affecisset, unâ falsâ lacrymulâ sibi conciliabat, cujus artes expressit callidus servus: *a*

*a Terent.*

*Et quod nunc tute tecum iratus cogitas: Eunuch.*

*Egone illam? quæ illum? quæ me? quæ non? sine modo*

*Mori me malim: sentiet qui vir siem.*

*Hæc verba, me hercle, una falsa lacrymula*

*Quam oculos terendo misere vix vi expresserit,*

*Restinguet: Et te ultro accusabit, Et ei dabis*

*Ultro supplicium.*

Campus mihi orationis pateret A.  
A. si has artes justo colore describere vellem. Dabitur veniam quod accedam ad quartum conatum Masenii, qui est mentiri in comitiis Francofurtensibus, anno abhinc sexto Fidei confessionem à parte Papisticâ conceptam & ad concordiam in

IV.

C

reli-

a part. 1.  
tit.

B. part. 1. p.  
15. 13. seqq.  
p. 56. 58.  
γ part. 1.  
ded. t. 4.

religione stabiendam *parti Lutherana*  
(quā dicunt) oblatam esse, quæ ad eam re-  
spondit, suaq; additamēta & correctiones  
ad eam confessionem contra obtulit, sive  
reddidit. Hoc apertè non solum in titu-  
lo libelli sui dicit, qui sic habet: *α Meditata*  
*Concordia Protestantium cum Catholicis in*  
*unā Confessione Fidei, ex S. Scripturâ desum-*  
*pta, in comitiis Electoralibus S. R. I. anno M.*  
*DC. LVIII. ab utraq; partium, hinc atq; in-*  
*de gemino exemplari vulgata:* sed & alibi,  
β in primis in dedicatione suâ ad Papam  
Alex. VII. γ *Hanc, inquit Confessionem ab*  
*utraq; hinc Catholicorum inde protestan-*  
*tium conceptam parte, & in publicis Comi-*  
*tiis pro totius Imperij notitiâ vulgatam es-*  
*se.* Quid fidei creditis AA. inesse huic Jesu-  
ite, qui tam protervè in faciem sui Pontifi-  
cis, quem ille Vicarium CHRISTI censet,  
mentiri audet? Hoc crimine ab uno disci-  
te omnes. In præfatione ad protestantes  
principes totius Europæ, vocat eam  
*utriusq; partis confessionem.* Qui rebus  
verò Francofurti interfuerunt, Legati,  
inquam, Electorum, Principum Prote-  
stantium, imprimis Serenissimæ Domus  
Saxonicæ, inter quos Theologi fuerunt,  
& comitia illa Francofurtensia cohabita-  
runt, omninò negant, sibi visam aut au-  
ditam esse Confessionem Fidei à parte  
Romano-Catholicâ conceptam & vulga-  
tam

tam, nedum sibi oblatam, omnium mi-  
 nus, se obeliscos quosdam adjecisse, vel  
 aliam contra Confessionem ipsi obtulisse.  
 Ubi pudor ergo Jesvitæ, examinantis fi-  
 ctitiæ suæ Romanensium Confessionem pro-  
 testantium inserta seu adjecta, ut sit à l.  
 usq; ad cap. ultimum, *α* quæ nunquam ex-  
 stiterunt? Non oblata fuit à parte Roma-  
 nâ nostris ulla Confessio. Nusquam  
 gentium à parte Protestantium inserta  
 aut adjecta isti confessioni visa aut audita  
 Francofurti. Monitus abs me Jesvita  
 ante biennium in libello quodam adver-  
 sus quendam Laubenberger, *β* non posse  
 illum affirmare, à parte Lutherana seu  
 Protestantium, eam, quam diximus con-  
 fessionem, prodiisse, aut rati habitam fu-  
 isse: negat, *γ* se id dixisse, & de injuriâ  
 sibi hic illatâ conqueritur: ac nunc à qui-  
 busdam *utriusq; partis hominibus* vulgatas  
 eas esse asserere videtur. *δ* Verum in pri-  
 mâ Concordiæ suæ parte disertè dixerat,  
*ab utraq; hinc Catholicorum (Papistarum)*  
*inde protestantium parte conceptas & vul-*  
*gatas binas eas Confessiones fuisse.* *ε* Si Con-  
 fessionem fidei Masenius in suo museo fa-  
 bricavit, eamq; uni & alteri Legatorum  
 (etiam typis expressam) Francofurti ex-  
 hibuit, non minus potest confessio à parte  
 Catholicorum concepta aut profecta di-

*α part. 1. p.*

*15. 23. 31. 36.*

*42. 48. 52.*

*56.*

*β Antw.  
auff das  
Instrum.*

*Pacis. S. 51.*

*γ part. 3.*

*p. 5.*

*δ part. 3. p.*

*6.*

*ε part. 1.*

*dedic. 4.*

C 4

612

ei, quam si Masenius, inspectantibus aliis, nasum emungat, dici possit, partem Catholicam nasum emunxisse. Pari ratione, si unius aut alterius Legati Protestantium indoctus scriba, officii sui limites excedens, ipsi respondit, & illo hircum mulgente, supposuit cibum, id est, additamenta ad eius Confessionem adiecit, à parte protestantium ea Profecta nequeunt dici.

Hoc a. nunc figmentum A. A. de commutatis Francofurti invicem partium utrarumq; Confessionibus per triennium hinc inde in orbe sparsum est. Creditis, nihil effecisse? operantur certè talia aliquid. Alios reddunt attonitos, alias dubios, alios de fide sociorum in Evangelio suspicaces, & parum honesta præsumentes, alios levitatem execrantes. Memini ex artis militaris perito me aliquando audivisse, tam proficua in bello esse mendacia, ut unum in castris hostium sparsum commentum, quodq; in animis eorum ad XXIV. horarum spacium modo insideat, & quasi dominerur, tantum sibi præstare videatur, quantum X. legiones militum. Hac arte freti Jesvitæ figmentis adversum nos securè indulgent. O miseri, qui fraudes & artes Papatus non capiunt!

Venie



Venio nunc ad quintum, quod palmarium novumq; suum inventum habet Jesvita, & quo exultat & lætatur maximè. Id verò est, quod in S. literis se præ omnibus aliis Papistis *a* præsidium errorum Papisticorum invenisse, & solis, puris, nudisq; S. Scripturæ verbis, non adhibito glossemate, seu verbo humano, *ß* se nunc ostendere congruentiam cum verbo ipso Dei eorum quidem fidei articulorū Papæorum, in quibus ab illis dissidemus, velle ac posse gloriatur. Eum in finem Confessionem suam, quam diximus VIII. capita comprehendentem, conscripsit, & ita adornavit, ut è regione Confessionis ad singulos articulos numerum aliquem dictorum Scripturæ adderet & cumlaret, de quibus postea sine rubore pronunciat, ipsissima illa continere, quæ dogmata & anathemata sunt papalia. Ejus itaq; operis generalis finis esse debet, ut ostendatur demum, Papistas in producendis Scripturis nobis *nihilò inferiores* esse; imò *superiores*, ut qui ex puris Dei verbis eorumq; obvio sensu, quod nobis negatum, suam fidem exhibeant. *δ* Ostendimus, inquit, *clarè disertèq; ex solis Scripturæ verbis, puroq; Dei verbo, Ecclesie Catholice (Papisticæ) fidei articulos, hac atate maximè controversos.* *α* Exhibeo, inquit, reformati-

C 3

mati- 58.

V.

*a part. 1. p. 10.*

*ß part. 1. p. 1.2. & passim.*

*γ part. 1. p. 10. 11.*

*δ part. 1. p. 11.*

*ε part. 1. p. 58.*

mationem qualem postulant, ex normâ re-  
gulisq; Scriptura ita compositam, ut huma-  
na hic absit interpretatio, atq; illa, quae fal-  
lere possunt, ex ratione ductæ consequentiæ

α part. 1. p. α De quâ porrò confidentissimè loquitur,  
1. æquum esse, ut nos omnes in eâ, abs se proge-  
nitâ Confessione, acquiescamus, quia legibus

β part. 1. p. β De quâ  
5. 58. conformitate adeò securus est, ut audeat  
ad iudicium non solum nostrorum The-  
logorum, quibus hoc in sacris competit,  
sed omnium nostrorum conscientias pro-  
vocare, & aliquoties asserere, quemvis  
secularium hujus conciliationis se arbitrum

γ part. 3. p. γ Novum in-  
10. 3. telligitis, A. A. patrasse Masenium o-  
pus, &

--- monumentum ære perennius,  
Regaliq; situ Pyramidum altius,  
Quod non imber edax, non Aquilo im-  
potens,  
Possit diruere, aut innumerabilis  
Annorum series. δ

δ Horat. l.  
3. od. 30.

Infelices verò omnes Dd. Papisticos,  
qui inde, à nato dissidio, provocati, ut  
decisionem articulorum controversorum  
è S. verbo Dei promerent, id ne quidem  
tentarunt, quod noster se expediisse pu-  
tat. Imò studiosè caverunt, ne ex solâ  
S. Scripturâ disputarent, & socios, ne in  
hanc

ε Alb. Pig.  
l. 1. de Eccl.  
Hier. c. 4.

hanc arenam nobiscum descenderent, dehortati sunt? Nec hodie ipsi etiam Praeceptores Masenii, fratres Walenburgii, sustinent, se omnes fidei articulos controversos terminis expressis è S. Scriptura probaturos, sed promittunt id tantum de MULTIS. *α* O quam felix litis compositio olim nasci potuisset, si cœci & lippiantes illi Cajetani, Eccii, Emseri, Prierias, &c. ipsumq; Concilium Tridentinum id videre, & è sacris literis eruere potuisset, quod noster potest! Aut enim omnes illi insigniter negligentes, cœciq; fuerunt, & Ecclesiae Romanæ malè consuluerunt, aut noster temerarius vel fraudulentus nimis est, qui id effectum se dare, & paucis pagellis dedisse autumat, quod ultra potentiam circini sui, (ut ajunt:) Papistæ semper sunt confessi. Quin nos omnes A.A. accusat novellus Biblicus Jesvita, quòd hæcenus malâ fide egerimus, controversa cum Papistis puncta, minimè ex verbo Dei, nos majoresvè nostri probaverimus, sed nescio quid tenebrarum per Syllogismos loco verbi Dei oculis hominum offuderimus. *Si claris, inquit, disertisq; & ubiq; consentientibus verbis necessaria ad fidem S. Scriptura proponit, cur ejusmodi ab adversariis Rom. Ecclesiae non eruntur, suaq; in luce proponuntur, quando hæc-*

*α. Walenb.*

*Method.*

*Aug. p. 16.*

*seqq.*

*Erberm.*

*Anti-*

*Mus. part.*

*II. p. 8.*

*Anti-*

*Anti-*

*Anti-*

*Anti-*

*Anti-*

*Anti-*

*Anti-*

*Anti-*

hactenus ne unus quidem Confessionis (Augustanæ) articulus iisdem verbis, sententiisq; in Scriptura divina repertus est. Quod nec unus quidem per formales demonstrationes ex puro Verbo Dei productus sit. Ex tot ego tamq; variis articulis ad substantiam fidei spectantibus, vel unum unicum postulo, qui verbis totidem qui eodem ordine antecedentibus & consequentibus iisdem nulla traiectione verborum, nulla subtractione, adje-

c. part. 1. p. 82.

ctione aut permutatione exhibeatur. a. At citius cælum ruct, quam ut unum è gravioribus fidei articulis Catholicis (Papistis) oppositum cum adjunctis limitationibus per nuda, incorrupta & non malè confarcinata Scriptura verba ex suis confessionibus ostendant.

Bibid.

β Intelligitis AA. quid sibi Jesvita velit; hoc nimirum postulat à nobis, ut Scripturam Sacram fidei principium dicentes, omnes & singulas assertionum aut negationum in fidei negotio voces & Syllabas ex S. literis ordine ad oculum ostendamus, si vel ullus apex defecerit, ex S. Scriptura probatas eas dici non posse.

γ. part. 1. p. 68. 87.

Porro literas Hebraicas & Græcas fastidit legislator noster, γ ideoq; ex vulgari tâ latinâ versione, δ quàm dicunt, se admirandas suas probationes produxisse profiteretur; nos itaq; ejus vestigiis ut insistamus, cupit. Dicentibus itaq; nobis:

δ. part. 1. p. 12.

Ale-

Alex.  
Anti  
tinu  
cora  
vatio  
quia  
verfi  
non  
dex f  
prom  
furen  
fides  
tò ex  
Corp  
mun  
seita  
rem,  
pe v  
adje  
legit  
suspe  
hac  
Huc  
cum  
prin  
indi  
nega  
fiaru  
nun  
veni

Alexander septimus, Pontifex Romanus, est  
Anti-Christus. Vel: Concilium Triden-  
tinum falsò definivit, quod justificationis  
coram Deo forma sit sanctificatio, & reno-  
vatio affectuum. a Fides nulla habenda,  
quia illę voces in S. literis inq; vulgata  
versione iisdem verbis & apicibus ordine  
non exstant. Eodem ergo modo, si ju-  
dex secularis juri civili adstrictus, de Sem-  
pronio fure pronunciat: *Sempronium esse  
furem, eumq; laqueo suspendendum*; nulla ei  
fides adhibenda, & potest Sempronius tu-  
tò excipere, quia ista judicis verba in  
Corpore juris civilis, imò nec legibus  
municipalibus exstant, injustè adversus  
seita pronunciarì, nec esse itaque se fu-  
rem, nec laqueo suspendendum, quip-  
pe verbis totidem eodem ordine, sine  
adjectione, aut permutatione ibi non  
legitur: *Sempronius fur est, & laqueo  
suspendendus*. O tempora, ò mores! si  
hęc Sapiencia, quid tandem est ἀδολεσχία?  
Huccine redit Jesuitarum ingeniorum a-  
cumen! Dicit Masenius, hęc nostra esse  
principia, nostrasq; leges. β Nullo a.  
iudicio probat. Nego autem, & vos  
negatis mecum AA. Protestantium Eccle-  
siarum hęc esse principia & leges. Quin  
nunquam in controversiam cum Papistis  
venit, quibus phrasibus & verbis in arti-  
culis

a. conc.  
Trid sess.  
6. c. 7. & 10.

β part. 1.  
ep. dedic.  
16. p. t. 6. 7.

culis fidei librisq; Theologicis sit uten-  
dum. Ac tam absurdus est Jesvita, im-  
putans nostris, juxta normam verbi di-  
vini fidei articulos à Catholicâ Ecclesiâ  
affirmandas aut negandas docentibus,  
quòd velimus ipsissimis etiam verbis di-  
vinis, seu verbis solis scripturæ Systemata  
Theologica, etiam Polemica, & adver-  
sarium stringentia, edenda esse, ac si quis  
imperitus cæmentarius, vel faber ligna-  
rius audiret, sibi præcipi, ut ad regulam,  
ad amussim muros erigeret & columnas  
domus statueret, ille verò ex eo collige-  
ret, & suis tribulibus persuadere vellet,  
præcipientis mentem esse, quod ex me-  
ris regulis & amussibus, non ex lapide,  
calce, ligno muri erigi, & columnæ  
constitui debeant. Sed tamen ut libe-  
ralis sit Jesvita, huic postulato addit, si  
maximè voces & Syllabæ conclusionis  
cujusdam Theologicæ in Sacris literis  
non exstant, *per invictas omni ex parte  
consequentias ea deducatur, aut formalibus  
vel certè equipollentibus Scripturæ verbis.*  
α Rectè id quidem. Sed quæro ego, an  
si Sempronius in judicio seculari negave-  
rit, per invictas demonstrationes, aut æ-  
quipollentia Legum verba probatum esse,  
se esse suspendendum, indene sequi, nul-  
las invictas probationes judicem aut  
ctorem

α part. 1. p.  
101. III. seq.

ctorem adversus eum produxisse, eumq;  
adeò jure non suspendi? Scilicet in diem  
erit, si judicium de invictis contra se pro-  
bationibus rei ferre debent. *Jus fertur  
in invitum*, asserit schola Jurisconsulto-  
rum, & ita etiam Theologorum. Syl-  
logismis autem & illationibus quod in-  
fensor Jesuita est, eosq; passim fugillat,  
& quam aliam rationem esse dicamus,  
quam quòd assuetus minus iis sit, nec  
sociis suis in hoc genere paria faciat. Fla-  
gellat ille Theologos nostros, quòd in  
probandis fidei assertionibus, Syllogis-  
mos adhibeant, & alterutram propositi-  
onem syllogismi ex ratione semper, aut  
plerumq; ex ratione ducant, ut conclusi-  
onem efficiant, *quæ, inquit, divinam fi-  
dem mereri non potest, quia alterutra propo-  
sitiõ constat principio humano non divino.  
Conclusio enim imitatur partem debiliorem,  
asserentibus Dialecticis.* ß Non dicam  
nunc de abusu hujus canonis, quem non  
inveniet Jesuita ita à Logicis intelligi, (si  
talem Logicæ ignorantiam in nobis repe-  
risset, omnes boves fœnum in cornibus ge-  
rentes nobis objecisset) γ De re dico, non  
dedisse vel dare posse nobis Jesuitam Or-  
thodoxos Theologos qui ad eliciendam  
conclusionem divinam alterutram pro-  
positionem vel semper, vel plerumq; ex ra-  
tione

*α part. 1. p.  
59. seqq.*

*ß part. 1. p.  
85. 109.*

*γ part. 3. p.  
7.*

tionem forment. Operæ pretium fecisset si eos nominasset. Certè studiosè cavent B.B. Philippus, Chemnitius, Hunnius, Gerhardus, Menzerus, Brochmannus, Hulfemannus, & si qui scriptis clari habentur, ne ubi de summis fidei articulis, qui meræ sunt revelationis agitur, probationes alias, quàm quæ fide divinâ constant, in præmissis adhibeant. Si æquitatem, non dico Christianam, sed humanam adhibere, & virus odii & furoris tantisper continere posset, aut verbis formalibus S. Scripturæ aut æquipollentibus præmissas constare Jesuita videret. Admittit autem, si fides verbis habenda, explicationem S. Scripturæ ex communi obvioq; sensu,  $\alpha$  & quæ æquipollentibus constat verbis,  $\beta$  eamq; eandem vim, (ut necesse est) cum verbo Dei habere concedit.

*$\alpha$ . part. 1. p.*

*4. & passim.*

*$\beta$ . part. 1. p.*

*101. III.*

*Seqq.*

Sed qui in nostrorum scriptis & dictis dijudicandis lynx est, is verò nunc sub ferulam vocandus esset, quomodò tandem; quod tanto hiatu promisit, præstet, & ex meris, solis, purisq; Dei S. Scripturæ verbis, non adhibito verbo humano, nullâ adscitâ ratiocinatione ex naturâ & ratione, probet fidei Papisticæ articulos, hâc ætate maximè controversos. Date veniam AA. in uno aut altero



altero exemplo eum videamus. Con-  
troverfia est: an ex Christi institutione,  
feu jure divino Episcopus Romanus fit su-  
premus Ecclesiæ judex, Vicarius Christi,  
Ecclesiæ, Episcoporumq; non singulorum  
solùm, sed omnium caput: eam affirma-  
turus noster (Papista non est, si hoc non  
intendit) producit *α* ex.c.XVI. Matthæi,  
ubi Salvator ad Petrum *Tu es Petrus, & su- α. part. 1. p.*  
*per hanc Petram edificabo Ecclesiam.* Obse- 30.  
cro, quomodo memor est Jesuita promissi  
sui, quod ex puris, solis, formalib; q; Scri-  
pturæ verbis, nō adhibito verbo humano  
ullo, vel etiam ex æquipollentibus Scri-  
pturæ verbis, seu ex communi & obvio  
sensu verborum Scripturæ sua ostendere  
& probare velit? Ubi enim, in verbis  
Christi apparet propositionis Jesuiticæ  
subjectum? Deinde, quæ est verborum  
Æquipollentia? Anne hæ propositiones  
sunt æquipollentes, *Petrus est Petra Ec-  
clesiæ: Papa Romanus est vicarius Christi,  
infallibilisq; & supremus Ecclesiæ judex?*  
Porro quæ est hæ explicatio secundum  
communem & obvium sensum: *Petrus A-  
postolus est petra Ecclesiæ: Ergo omnis Ponti-  
fex Romanus est petra Ecclesiæ?* Imò qua-  
lis tandem est consequentia & argumen-  
tatio à Petro ad Pontificem Romanum?  
Norunt, qui quicquam norunt, enunci-  
atio-

ationem hanc: *Tu petre es Petra Ecclesia,*  
esse singularem seu individualem, nec  
posse prædicata de Individuis transferri  
ad Genus aut ad Speciem, seu univerſa-  
lia aut particularia: æquè ut illa: *Paulus*  
*est vas electionis Deo Act. IX. 15.* Intendat  
mihi Jesuita omnes ingenii nervos, si sine  
adjumento ratiocinationis & rationis  
humanæ ex verbis Christi per ullum, non  
dicam invictum, sed probabilem solùm  
Syllogismum confecerit conclusionem  
hanc: *Ergo Papa Romanus est petra Eccle-*  
*sia,* erit mihi magnus Apollo. De Pe-  
tro a. loquitur Salvator, de Pontifice  
Romano ne *γρὺ* exstat. (Acceptamus e-  
nim nunc illam interpretationem) Ac tam  
absurdè argumentatur, qui ex eo, quòd  
Petrus est petra Ecclesiæ, infert Pontifi-  
cem Romanum esse petram Ecclesiæ (eti-  
amsi ponamus eos esse successores Petri)  
quàm absurdè argumentamur ita: *Ergo*  
*omnis homo, cui nomen est Petrus, est Pe-*  
*tra Ecclesia.* Ita Subjectum propositionis  
ex Scriptura non ostendit Jesuita. Idem  
dico de Prædicato. Quomodo enim per  
vocem *petra Ecclesiæ* ex communi obvioq;  
sensu intelligitur omnis illa potestas,  
quam Pontifici tribuunt? Sunt nè æqui-  
pollentia: esse Petram Ecclesiæ, & esse  
Dominum hujus universi, habere super  
**omnem**

omnem creaturam potestatem, jusq; de-  
 ponendi & supplantandi Imperatores,  
 & Reges? Id obsecro Jesuitam, quâ fronte  
 magis ex istâ singulari propositione: *Tu*  
*Petre es petra Ecclesie*, eliciat universalem  
 illam: ergo omnis Petri successor est petra  
 Ecclesie, quam ex illâ: *Tu Petre es Sa-*  
*than, abi post me*, & elici cupit hanc: er- *a Matt.*  
 go omnis Petri successor est Sathan, cui *XVI:23.*  
 abeundum est post Christum? par est ut  
 trobiq; collectio. Si Jesvitis cordi esset,  
 fomitem incendii Ecclesiastici reprime-  
 re, & concordiam cum dissidente suâ Sy- *β Domin.*  
 nagogâ inter Christianos tandem sancire, *à Soto in*  
 præstaret abstinere à talibus hæniis, à do- *4. sentent.*  
 cto hoc seculo millies explosis, jure scili- *dist. 24.c.*  
 cet divino primatum inter Episcopos Ec- *2.art.5.*  
 clesie habere Romanum, & imitari Pa- *Melch.*  
 pistarum aliorum β ante natos in orbe Je- *Can LL. 1.*  
 svitas, æquitatem, ex jure humano, seu *6.c.2.*  
 Ecclesiastico (quod ipsa res clamat) eum *Conc. Con-*  
 dependere. Fortasse sic æquiores habe- *stant. sess.*  
 rent Christianos, quam nunc inveniunt, *4.*  
 aut unquam sunt inventuri. Neq; n. ipsi *γ sub. tit.*  
 qui hodiè in speciem adhærent Pape, susti- *Nova hæ-*  
 nent, jure divino supremum Ecclesie ju- *refis Je-*  
 dicem, eumq; infallibilem, esse Pontifi- *suitarum,*  
 cem Romanum, ut de Gallis notorium *habita in*  
 est, & vel recens eorū publica disputatio *colleg. clas.*  
 Parisiis habita, ostendit. *γ. Nec unquam* *romont.*

Ger- 12. De-  
 semb. 1661.

mani, Germanicæq; Ecclesiæ, utpote à Gallo fide Christianâ olim imbutæ, illis deteriores sunt aut fuerunt conditione.

Sed Masenius nihil moratus, omnia Papistica placita ex solis, merisq; Dei verbis, non adhibito verbo humano, se exhibere & probare velle sibi perfvadet, ut ut nihil minus, quàm verbum Dei afferat. Sic probaturus verbis Scripturæ non omnibus iis, quibus in Institutione S. Eucharistiæ dictum est *edite*, etiam dictum esse, *bibite*, adeoq; sublationem calicis è S. cenâ non esse culpandam, adfert nobis

*apart. i. p. 38.* verba institutionis: *accipiens calicem gratias egit, & dedit discipulis, dicens: bibite ex hoc omnes. Matt. XXVI. & ex Marco: biberunt ex eo omnes.* Negatis procul dubio mecum A.A. volam aut vestigium ejus, quod asserendum fuisse Jesuita in hisce Salvatoris verbis exstare. Non n. Scripturæ verba clara & perspicua, quæ promittit Jesvita, auditis, quod dixerit Salvator: vos discipuli, & successores sacerdotes soli calicem bibere debetis, vel simile quid. Immò, omnibus adhibitis sanis consequentiis (non dicam, quod poscit Jesuita à nobis, invictis & necessariis) ex illis elici posse nego. Nam si maximè, quod falsum est, reduplicativa illa particula *Quatenus*, in textu exstaret, & S. Sal-

vator

vator dixisset, quod non dicit, *vos disci-  
Puli bibite ex hoc omnes, quatenus omnes*  
(sic enim Papistæ accipiunt hoc loco vo-  
cem *omnes*) ne sic quidem ad hilum cau-  
sam Papisticam juvaret. Nam necerant  
tunc Apostoli sacerdotes conficientes (ut  
loqvuntur) quibus solis præcipi usum ca-  
licis contendunt, sed demum per istam  
institutionem S. cœnæ, & per verba illa:  
*Hoc facite*, fiebant. Ut taceam, quod  
Apostolus, Corinthiis verba institutionis  
viginti annis post eorum prolationem  
scribens, *omiserit* vocem *omnes*, & per *21. Cor.*  
consequens particulam *quatenus*, si (quod *XI. 23. seq.*  
non probabunt) subintelligenda esset, &  
potius omnibus iis, quibus dicit: *quoties-  
cunq; ederitis*, etiam dixerit: *quotiescunq;  
biberitis* β. Ac de totâ Eucharistiâ dixe- *β. ibid. v.*  
rit: *Hoc tradidi vobis, γ vobis Corinthiis.* 26.  
Nisi itaq; omnes Corinthios Sacerdotes *γ. ibid. v.*  
conficientes Jesuitæ dixerint, necesse est *23.*  
fateantur S. Paulum sine discrimine ea-  
dem omnibus hîc tradidisse & præcepisse.  
Frivolum est, quod Jesuita excipit: *δ δ. part. 2. p.*  
*verba illa edite bibite, non esse præceptum, 50.*  
*sed invitationem.* Nam si id maximè es-  
sent, (quod non probabunt) eosdem ta-  
men Sanctissimus Salvator invitat ad cali-  
cem, quos ad panem: Quis verò Romanen-  
sibus veniam & potestatem dedit prohiben-  
di cuidam accessum ad id, ad quod Salva-  
tori

Q

tori

*a ibid.*

*β part. i. p.  
39.*

*γ part. i. p.  
39.*

Salvator eum invitat? Nihil deniq; juvat eos vox Pauli *vel*, ex I. Cor. XI. & priusquã evicerint alia habere Apostolũ objecta, quibus dicat de edendo, alia, quib9 debibẽdo. Cætera fundamenta, quæ pro suo solo pane ex S. literis Jesuita affert, & ut de fractione panis in Emahus, Luc. XXIV. fractione panis Apostolorum per domos, Act. II. ejusdẽ sunt farinæ, seu poti9 multò viliora, & ferè pueris nostris nota. Illa verò verba Jesuitæ imbecillitatem mirum in modum arguunt: *qui manducare nos jussit corpus, & facere hoc in sui commemorationem non jussit eandem facere commemorationem, nisi quotiescunq; biberimus*: γ in quibus verbis si probasse se putat, solos sacerdotes justos esse facere commemorationem Christi & solos calicem bibere debere, dico dedisse eum argumentationem à naturali & artificiali Logicâ alienam.

Quantò a. minus præsidii in S. Scriptura pro turpi hoc, & sine autoritate invento abusu, *πρὸς ἡμεῖς καλεπ τῶν* dico, Jesuitæ inveniunt, tantò magis æquum erat, eos labem illam Ecclesiæ nobiscum eluere, & tot populis, nationibusq; præsertim Germanis, rerum omnium suarum & sanguinis sui profusi jacturâ sanctissimi sanguinis Jesu CHRISTI copiam sibi fieri in S. Eucharistiâ petentibus, imò merentibus, restituere: omnium minus fas erat  
surre.

furreptionem calicis è S. Scripturâ , tan-  
quam in eâ præceptam, defensare, quô  
ipsum Concilium Constantiense, a cujus  
autoritate confirmata est, CHRISTI insti-  
tutioni tribuere non audeat.

Dies me deficeret, AA. si pergere, &  
plura vobis specimina novæ Theologiæ  
Masenianæ promere vellem, quomodo  
ex folis verbis Scripturæ vel obvio eorum  
sensu, non addito verbo humano, Papisti-  
cas illas, nullo unquam tempore, in  
nullâ orbis Christianæ parte auditas,  
& intra mille à Christo nato annos non  
dicam ab ullo Concilio, sed ne à duobus  
unius ætatis Ecclesiæ Patribus ut catholi-  
ca doctrina assertas sanctiones, quales  
sunt, *meritum & Satisfactionem Christi ho-*  
*minibus non imputari: per justitiam Christi*  
*homines formaliter non esse justos: per fi-*  
*dem justificantem à parte hominis non absol-*  
*vi justificationem: Bona opera renatorum*  
*de condigno mereri vitam æternam: missifi-*  
*cationem esse verum sacrificium propitiato-*  
*rium pro vivorum & mortuorum culpis &*  
*pænis, & omnia alia Tridentina nobis*  
opposita placita (si tamen ea perspicuè  
noster proponit, quod non facit, ut mox  
videbimus) probet. Fingit sibi Jesuita  
sensum obvium Scripturæ, qui non est, &  
quem nemo nisi ille, vidit, videt, aut  
visurus est, quiq; solo judice Masenio  
D 2 talis

a Conc.  
Const. sess.  
13.

*α part. 3.  
p. 1. 8.*

*β part. 1. p.  
1. 6. 5  
passim.*

*γ Salm.  
comment.  
epist. ad  
Rom. c. 5.  
disp. 51.  
δ Com-  
ment. ad  
Rom. c. 14.  
p. 606.*

talis est. Ex ignorantia a. & non ex ma-  
litiâ, ut vult, α talia illum committere,  
nemo præsumit. Intelligens fortè Je-  
suita se nimis arctos sibi limites probatio-  
num fecisse, ideoq; sibi alicubi laxat habe-  
nas, & sensum scripturæ eum esse dicit  
communem & obvium, non quem litera  
exhibet, sed quem S. Patres, Doctoresq;  
prisci Ecclesiæ semper tenuerunt, & secuti  
sunt β. Hæc est Helena, quam Paris  
non potest non amare! Papistæ autem,  
quoties iis antiquitas, vel unus, vel multi  
ex B. Patribus opponuntur, infinitas ha-  
bent adversus hujus vel illius authentiâ,  
fidem & auctoritatem exceptiones. Jam  
Græci jubentur cedere Latinis, jam an-  
tiquiores junioribus, jam pauciores plu-  
ribus, jam ratione, non auctoritate pu-  
gnandum esse volunt. Et uno ictu pro-  
sternunt totam phalangem Ecclesiæ Do-  
ctorum & Patrum, quando vel in explica-  
tione textus Scripturæ, vel alio quocunq;  
dogmatis genere iis objiciuntur. *In ju-  
dicio plurium non acquiescas sententiæ, ut à  
vero devies,* inquit in hunc sensum Jesuita  
Salmero γ. *Ego, ut ingenuè fatear,  
plg uni Summo Pontifici crederem in his, que  
fidei mysteria tangunt, quam mille Augu-  
stinis, Hieronymis, Gregoriis, inquit  
Corn. Mussus Episcopus Bipont. δ Et  
Masenius ipse: neq; S. Scriptura ait, neq; S.  
Pa.*

*Patr  
ad sic  
ut pr  
le se  
illisq  
cana  
possi  
mos  
ad e  
sum  
dog  
tres  
pro  
tren  
jus  
vetu  
irre  
mn  
nist  
I  
niu  
ra  
sec  
fen  
Pap  
illi  
fen  
Ma  
du  
mr  
tru*



Patres, tam ubiq; disertè, clareq; de rebus  
ad fidem necessariis, sententiam enunciant,  
ut præfidens sibi, arrogansq; ingenium (qua-  
le scilicet inter Papistas non datur) ex his  
illisq; decerptas quasdam ad hæresin auspi-  
candam, fovendamq; opiniones haurire non  
possit.  $\alpha$ . Ita nil nisi larvas induunt, & fu-  
mos vendunt, quoties Patrologi illi vel  
ad eruendum communem & obvium sen-  
sum dicti Scripturæ, vel ad defendendum  
dogma quoddam fidei aut morum ad Pa-  
tres Ecclesiæ, ceu ad certam regulam,  
provocant. Nullum Papistæ habent Pa-  
trem, quem non quotidie insignis alicu-  
jus erroris, imò hæreseos postulant, aut  
vetustas postulavit. *S. Augustinus non est  
irrefragabilis autoritatis*, clamat nunc o-  
mnis schola Jesuitarum adversus Janse-  
nistas.  $\beta$

Eadem chordâ oberrat noster Mase-  
nius, quando se, ait, sensum dicti Scriptu-  
ræ eum sequi velle, quem semper Ecclesia  
secuta est.  $\gamma$  Nam quid est illi Ecclesia,  
sensusque perpetuus Ecclesiæ? Est sensus  
Papæ Romani, ejusq; curiæ.  $\delta$  Quod ab  
illius placitis discrepat, non est ei Ecclesiæ  
sensus. Dum hoc ergo dicit, nihil dicit  
Masenius. In causa enim cum Papâ pro-  
ducendus erat sensus Ecclesiæ. Jam si o-  
mnia Ecclesiæ veteris testimonia, Pa-  
trumq; vel singularum vel universorum

D 3

dicti

$\alpha$  part. 1. p.

10.

$\beta$  Lud. de

Marche

Apol. pro

Constitu-

tione In-

noc. X. p.

158.

$\gamma$  part. 1. p.

part. 3. p. 3.

$\delta$  Gretser.

tom. 1. con-

trov. Bel-

larm. l. 3. c.

10.

Greg. de

Val. tom.

3. in Thom.

disp. 1. q. 1.

punct. 1.

*α vid. Hul-* dicti-cujusdam Scripturæ explicatio, quæ  
*seman.* modernis placitis adversatur, sequestran-  
*Man. Aug.* da, (ut faciunt controversias apud Papi-  
*C.p.1008.* stas tractantes) *α* quid ergo est ipsi Eccle-  
*seq. p.10. 11.* sia vetus? Scilicet, ut Italis omnis mo-  
*seqq.* derna Ecclesia, non dicam Septentriona-  
 lis, sed omnes Occidentalis & Occidentalis,  
 umbræ Ecclesiæ sunt, quæ ut corpus um-  
 bra, ita sedem Romanam sequi debent:  
 Sic omnis, quæ olim fuit Ecclesia, ipsis  
 in precio est. Et ut ad priora redeamus,  
 non habent suffragantem Ecclesiam ve-  
 terem in explicatione dictorum Matt. 16.  
*Super hanc Petram,* & Matt. 27. *biberunt ex*  
*eo omnes,* quam muste hodierni Roma-  
 nensis sectantur. Quicquid Bellarminus  
 conatur, & alij: id non præstant. Huic  
 fortè adjungendum esset, quod addit Ma-  
 senius, *sc. ubi de antiquitatis & Ecclesiæ*  
*sententiâ circa sensum scripturæ controver-*  
*titur, ipsorum Protestantium, unâ cum*  
*Catholicis (Papistis) sententiarum confessione*  
*stare velle.* *β* Producat Parastates ille sui  
*β. part. 3. p.* cœtus circa hoc catholicum suffragium,  
*(2. fac. b.* & responsionem nostri meditabuntur.  
 Certè nusquam in punctis controversis,  
 ubi momentum rei agitur, hætenus inve-  
 niet consonantiam suorum & nostrorum  
 Dd. quam quærit. Communis hic etiam  
*γ. part. 3. p.* Papistarum calumnia, quam etiam suam  
*(1. 2. fac. a.* sæpe facit Masenius, *γ* detergenda esset,  
 quasi

quasi nos provocando ad Scripturam Sa-  
cram iudicio Ecclesiae Scripturam oppo-  
namus, sed quia hoc ab aliis passim præ-  
stitum est, & scopumq; orationis nostræ  
excedit, id præterimus, & exhibemus  
vobis AA. nunc sextum stratagemam Jesuitæ.  
Hoc verò est, quòd promittens se arti-  
culos hac ætate maximè controversos  
exhibiturum, eosq; ex S. Scripturæ meris,  
& puris verbis demonstraturum, levi pede  
pleraq; transfiliat, aut nesciens aut dissi-  
mulans, quid hodiè vel ante seculum sit  
cū papatu nobis controversum. Bona pa-  
rs enim eorum, quæ profert, vel non sunt  
Controversa, vel non ita, ut proferuntur,  
sunt controversa. Ex talibus, inquam,  
Confessio ejus fidei, quam Francofurti  
exhibitam tantopere laudat, constat, quo-  
rum vix decima pars in controversiam un-  
quam venit, sed sunt quæ nos cum Papistis  
vel ex toto, vel ex parte communia habe-  
m9. Ubi enim ostendet nobis Jesuita vel in  
A. Confessione, vel aliis libris Symbolicis,  
vel in communi doctrinâ à nobis negari:  
*Filium Dei in carnem venisse: sanguinem fu-*  
*disse: passumq; pro omnibus fuisse?* quod  
ille tam sollicitè, ac si esset articulus con-  
troversus, probat:  $\beta$  ubi docemus: *Ec-*  
*clesiam* (sumendo pro fide Ecclesiae: *un-*  
*quam fuisse absconditam?*  $\gamma$  *S. Petrum suo*  
*modo caput Ecclesie non fuisse?*  $\delta$  *Successo-*

*a Hulsem.*  
*Animadv.*  
*in tom. 1.*  
*Bellar. c. 8.*  
*S. 4. seqq.*  
**VI.**

*\beta part. 1. p*

*14.*

*\gamma p. 17.*

*\delta p. 18.*

*res*

a. *ibid.*

b. p. 19.

γ. *ibid.*

d. p. 20.

e. p. 21.

ζ. p. 21.

η. *ibid.*

θ. p. 24.

ι. p. 25.

κ. p. 26.

λ. p. 27.

μ. p. 28.

ν. *ibid.*

ο. p. 29.

ω. p. 30.

p. p. 31.

res Petri in sede Apostolicâ (abstrahendo ubi illa sit) capita Ecclesiæ non esse? α ubi docemus: Catholicam, i.e. universalem Ecclesiam destitui aliquando posse suis Pastoribus & Doctoribus? β iudicium privatum publicæ interpretationi S. literarum præferendum esse? γ Deum ad legitimos Doctores & Pastores Ecclesiæ fideles non ablegasse, ut omnia decenter & ordinè fierent? δ sine ordinatione ac missione verorum Episcoporum ordinariè quenquam ministerio Ecclesiæ fungi posse? ε Relictas non esse traditiones Apostolicas in Ecclesia? ζ Signis & miraculis Ecclesiam non illustrari? η Fidem ab Apostolis Heb. XI. 1. & Jac. II. 19. definitam salvare? θ Fidem non posse amitti? ι Justos eo sensu non justificari magis, quod majora auxilia gratiæ consequantur? κ Nos ita solâ fide justificari, ut charitas desit, vel deesse possit? λ In sanctificatione regi solum non remitti maculam peccati? μ Originalis peccati nihil in nobis per gratiam Sp. Sancti tolli? ν præcepta Dei in hac vita suo modo impleri non posse? ο cogi homines ad bonum vel malum nec liberè agere? ω Bona opera fidelium virtute meritorum Christi mercedem non habitum? ρ Et sic eundo per totam ejus fidei confessionem, demonstrare licet, plerumq; vel non, vel non integrè proferre Jesuitam articulos inter nos & Papistas controversos, quos S. Scripturæ sententiis munit,

munit, ut *de virginitatis honore: de Sacra-*  
*mentis, Sacrificiis: de clericorum conti-*  
*nentia: castigatione corporis, & similibus.*  
Si qua vera Papistica dogmata tangit (ut  
ejus exempla bina supra adduximus) loca  
Scripturæ, quæ minimè claris & perspi-  
cuis, ut promittit, verbis ea confirmant,  
sed quæ ne quidem per ullam rationabi-  
lem consequentiam rem conficiunt, pro-  
ducit. Dolendi verò & deplorandi le-  
ctores, quibus suâ eloquentia Masenius  
imponit, ac si quæstiones hac ætate in-  
ter nos & Papistas maximè controversas, *part. 1. p.*  
ut jactitat, proponat, easq; claris, nudis  
& perspicuis Scripturæ verbis, non adhi-  
bito verbo ullo humano, nullâ ratiocina-  
tione demonstret, quum ille maximam  
partem in supervacaneis desudet, & ea  
papistica dicat & recenseat dogmata, quæ  
tota Christianitas & Catholica Ecclesia  
cum Papistis communia habet. At verò  
non propter ea dogmata, quæ Papatus  
cum Christianâ Ecclesia communia ha-  
bet, Papatus odio est, sed propter ea,  
quæ singularia habet.

Ex solo a. aspectu, AA. & ex pauci-  
tate & exilitate pagellarum, quas Mase-  
nius huic operi impendit, remq; tantam,  
tam anxie à sectæ suæ viris doctis & inge-  
niosis per multa librorum volumina ultra  
seculum quæsitam se confecturum spon-

det, firma homini prudenti nascitur præsumtio, nihil agere, & eorum, quæ promittit, nihil præstare Masenium. Quippe non præsumitur, illum paucis illis plagulis, quibus coarctata est ejus Confessio, admirandum illud negotium expedire, & homini non stulto ad oculum, ut veritas palpate, quomodo ait, queat meris, puris & solidis Scripturæ verbis, ab universâ Christianitate Papistis in dubium vocata dogmata, ostendere & demonstrare posse. Quum præsertim Papistæ jamdudum iisdem ficum foliis è S. Scripturâ petitis, quæ Masenius producit, suam nuditatem vestire voluerint, quibus a. in conspectu meliorum Christianorum, larvas iis detrahentium, consistere non potuerunt. Quâ spe ergo putat Masenius, se rem Papisticam defendere velle, qui nec unum quidem dictorum S. Script. ab objectionibus, quas nostri vel recentiores vel prisca Theologi, Papistis circa ejus sensum & intelligentiâ opposuerunt, liberat.

VII.

Superest AA. septimum, quod observare licet, Jesuitæ stratagema, quâ sibi in animis hominum locum facere, nostram in perniciem intendit. Illud verò est insolita & vix audita garrulitas, & Thrasonica jactantia, de Achillæis facinoribus, in dictâ sæpius fidei ejus Confessione, Francofurti exhibitâ, præstitis. Nam se  
non

non probare, probasse, ostendisse, sed de-  
 monstrasse, demonstrationes omni ex parte  
 invictas, & demonstrationes, certas ad ocu-  
 lum protulisse, & inexpugnabilia argumenta *α part. 1. p.*  
 se dedisse, & ut veritas palpari possit *δ, ut ne- part. 3. p. 4.*  
 more fragari & resistere possit. & objectos in- *β part. 1. p.*  
 superabiles scopulos suos declinare neminem *t. 6.*  
 posse *ζ* externam vim & necessitatem se ani- *γ part. 1. p.*  
 mis inferre: nisi jam frontem pudoremq; o- *98.*  
 mnem exuerint Protestantes confessa verita- *δ part. 1. p.*  
 ti ultra resistere non posse extremam vim & *39.*  
 necessitatem se animis inferre. *η* Hæc & ta- *α part. 3. p.*  
 lia sine numero in rubricis capitum & pas- *3.*  
 sim in libellis Masenij leguntur. In cōfessio- *ζ part. 1.*  
 ne, inquit, *θ supra exhibitâ passim nostra in pref. t. 8.*  
*S. literis & controversis ejusdem locis do- η part. 3. p.*  
 ctrina in sensu obvio, sine glossæ matris verbis *3.*  
 hominum, eorumq; interpretatione elucet, *θ part. 1. p.*  
 caputq; citius, quam hanc veritatem refra- *106.*  
 ctarij omnes everfuri sint. Qui legunt ista *ι part. 1. p.*  
 attoniti nescio quid de Jesuita non presu- *100.*  
 munt; Præsertim imbecilliores & impe- *κ Bellarm.*  
 ritiores. Verùm ut his crucem ponit, ita *l. 4. de no-*  
 perspicacioribus risum debet & contem- *titæ Eccl. c.*  
 tum. Quem n, vos dicitis, Auditores, ta- *3. l. 2. de ju-*  
 lem, qui fidei articulos certâ demonstra- *stif. c. 7.*  
 tione ad oculum nobis exhibet, ut veritas *Svarez.*  
 palpari possit, ut vis animis inferatur? *Def. fid. l. 3.*  
 Novusne hic gentium Doctor? Det mihi *c. 13. n. 5.*  
 autem veniam Jesuita, si ex Bellarmino, *Conzen in*  
 aliisq; *κ* fidem non constare *oculari evi- Joh. c. 5. v.*  
*den. 39.*

α LL. de  
causâ  
pecc. p. 333.

β part. 1.

p. 4.

γ part. 1.

p. 4. 82. 84.

seqq. III.

seqq.

part. 3. p. 1.

2.

dentiâ, & demonstratione oculari dicam.  
Geometrica pingi, & oculis subjici possunt:  
Hac verò, de quibus hîc dicimus, non ita  
pingi, & oculis subjici possunt. Dicit alicu-  
bi noster Phil. Melanchton. α Si fides Chri-  
stiana oculari demonstratione constat, jâ  
fides non est fides. Quod enim demõstra-  
tione constat, scientia est, non fides. Fidei  
a. articuli non sciuntur, sed creduntur. Ac  
quia Masenius tales probationes Theolo-  
gicas expectat, quibus ad oculû, seu ocu-  
lari demonstratione verbis minimè dubi-  
is, sibi res probetur, evenit, ut nihil à Pro-  
testantibus Theologis hactenus probatum  
exclamet, & propterea lamenta tollat.  
γ Negat itaq; Aug. Confessionis Profes-  
sores vel unû Articulum Confessionis suæ  
per formales, invictasq; omni ex parte conse-  
quentias deduxisse, formalibusq; vel cer-  
tè æquipollentibus Scripturæ verbis sibi  
non dubiis expressisse. Hactenus, nec unus  
Confessionis articulus, iisdem verbis, senten-  
tiisq; in Scripturâ divinâ repertus est. Quid?  
quod nec unus quidem per formales demon-  
strationes ex puro Dei verbo productus sit.  
Adde nec unus per infallibiles ex Scriptura si-  
mul & ratione consequentias formatus sit.  
Adjicio amplius, nec unus demonstrationi-  
bus logicè invictis, quæ nullâ equivocatione,  
fallaciâq; laborent, ex sola ratione stabilire  
poterit. Provoco quemcunq; ausurum hoc  
adver-



*adversus Catholicos profiteri. Articulum  
confessionis suæ aliquem per formales invi-  
ctasq; omni ex parte consequentias deducat,  
aut formalibus vel certè equipollentibus Scri-  
pturæ verbis exprimat quemadmodum à no-  
bis est præstitum, inquit & Hercules noster, a part. i p.  
clavator ille, 101.*

*Horridus in jaculis & pelle Lybissidis ursæ. ß ß Virg l. 5.*

Sed respondemus: Demonstrationes *Æn.*

Mathematicas & oculares, invictasq; o-  
mni ex parte fidei probationes, quibus  
humana mens necessariò prostratur,  
nec reclamare possit, sed dedere se & ce-  
dere statim cogatur; homo theologus  
nunquam promittit, nunquam petit. Hæ-  
reticorum, & imprimis Manichæorum  
Theologiæ jactantia illa fuit, quòd ocula-  
ri demonstratione evincere sua deliria  
possint, ut apud S. Augustinum legimus,  
y qui ab illis novem integris annis delu-  
sus, vanitatem impostorum tandem a-  
gnovit.

*y. Aug.  
de morib.*

*Eccl. l. 1.*

Si Masenius piè desiderat evidentium *De util.*  
Scripturæ locorum seriem, quibus præci- *cred. con-*  
pui articuli fidei, nobis cum Papistis con- *fess. l. 5. c. 3.*  
troverfi, defenduntur, & perspicuè solis  
S. Scripturæ verbis ostenduntur, habet ta-  
le opus in Thesauro B. Matt. Vogelii, jam  
ante LXXX. annos edito: Si recentiorum  
& hujus seculi controversiarum è solis S.  
Scripturæ verbis decisiones querit, exstat  
Brevi-

α part. 3.  
p.) (8.

β part. 2.  
p. 2. 3.

Breviarium Theologicum B. Joh. Hulsemanni. Nominarem plures, verum an horum etiam tam protervum & indomitum pectus capax sit dubito. *Ex ignorantia* quidem, & *non ex malitia* se rem suam agere profiteretur Masenius. α Eorum a. an prius ipsi concedendum supra ambigere me dixi: est verò, ut ferè utrumq; & ignorantiam & malitiam ipsi nunc tribuam. Quod vel maximè ex eo apparet, quod Balthasarem Hagerum Jesuitam, β ut insignem è S. literis demonstratorem fidei Papisticae laudet, & qui in hoc studio demonstrationis ingentem lauream meruerit, commendet. Verùm bona pars vestrorum A.A. adhuc meminerint, quomodò ante hos XXXIII. annos ex hoc ipso loco socius ille Hagerus à desideratissimo & B. Patri nostro Joh. Hulsemanno per disputationes, quas postea in librum collectas, dixit *Manuale Aug. Confessionis* egregiè exceptus sit. Quem librum si vidit Jesuita, nec pudet hoc dedolatum miserum caput, & devictas ejus invictas demonstrationes iterum in scenam nobis producere & laudare, fronte & mente eum carere censeo.

Verum enim verò, Optimi Auditores, ulteriore veritatis Evangelicæ adversus Papistas demonstratione opus esse vel minus, sæpe dubito, quando ea de re, toti-

us

usq; divulsionis Ecclesiasticæ ratione cogitatio quædam subit. Opus esse magis, imò solùm virtute & gratiâ Spiritus Sancti, qui dura & toties convicta eorum pectora efficaciter percutiat & emolliat, sæpius piè mecum cogito. *Quid est, quòd Paulus plantet, secet, fodiat, nisi Dei benedictio opus consummat & perficit?* *a* Ea verò consummatio ardentibus precibus nostris exoranda & impetranda est. *a 1. Cor. III. 6.* Si ne Deo resipiscentia, pœnitentiâq; errorum, & confessio malè admissorum non existit. Verba verba sunt, charta charta est, Spiritus autem Dei veram animorum immutationem operatur, & ut operetur necesse est. Illa verò resipiscentia, illa pœnitentiâ errorum veram coalitionem schismatis Ecclesiastici & Concordiam dissidentium Christianorum, quam hisce temporibus quæri ajuunt, promovere & efficere posset. Hoc unguentum esset immedicabilis vulneris, hoc cataplasma hiantis schismatis, hoc smegma, quo nigredines & maculæ Romanæ elui possent! Verum ij, qui Christianos laicis omnium maximè inculcant ut non pœniteat pœnitentiam agere, quem non pœnituit pœnitentiâ committere, à pœnitentiâ sunt alienissimi, suosque duces, Pontifices Romanos, qui vel pedem in divæ Pœnitentiæ sacrarium inferre volunt,

lunt, retrahunt, eosq; ceu minùs prudentes, ceu minùs Politicos eludunt. Quomodò factum est Romano Pontifici Hadriano VI. qui cum bonorum quorundam elogia meruisset, propter spem de pietate eius conceptam, & Petrus Svave laudibus eum extulisset: *Mortuum esse Hadrianum, eò quòd tam bono Pontifice orbis terrarum dignus non erat*; hunc novellus refutator Svavis Sfortia Palavicenus infectatur, & non-Policum, scientiæq;

*a. Cas. A-* politica ignarum vocat, eò quod sedis  
*quilin. de* suæ abusu pœnitere incepisset. O bone  
*tribus* Jesu hoccine crimen est in Pontifice,  
*Hist. Con.* in Vicario tuo, non esse Politicum, &  
*Trid. p. 79.* impiæ Politicæ, quæ hodiè est, non additum! Tu ô bone, fac benignè, rege, flecte, move eos, ut tales nebulæ, politica scilicet honestas, verecundia aut utilitas ab eorum oculis removeantur. Eripe eorum animas è laqueis, quibus irretiuntur. Res ea non est operis nostri, sed tui ô DEUS, auxiliij! Nos non disputando, sed tu flectendo, nos non refutando, sed tu trahendo, nos non pugnando, sed tu vincendo id efficere potes. Tibi triumphus & victoria! Impertire ergo hostibus nostris tuam gratiam, ô bone Jesu, tuiq; auxiliij radiis illumina mentium tenebras, ut abomi-

mi-

nanda sua, & tuo nomini gloriæq; ad-  
versantia, toties ipsis ostensa, nec dum a-  
gnita agnoscant, pœniteant, abjiciant,  
Aperiantur eorum oculi, ut videant,  
Protestantes non nisi salutaria Ecclesiæ,  
non sibi, sed gloriæ tuæ inservientia qua-  
sivisse & quærere. Fac, ut in veritate  
nobiscum gaudeant, unumque ovile &  
grex unus fiant. Veni Sancte  
Spiritus, reple tuorum cor-  
da fidelium, & tui amoris  
in eis ignem accende, qui  
per diversitatem lingvarum  
cunctarum gentes in uni-  
tate fidei congregasti. Kyrie  
eleison!

D I X I.

Albertus Pighius l. i. de Ec-  
clesiast. Hierarch. c. 4.

Si hujus doctrinæ ( quod Pa-  
pistis ex S. Scripturâ non sit  
disputandum ) memores fu-

E isse-

semus, meliore fanè loco res  
nostræ essent. Sed dum o-  
stentandi ingenii & eruditio-  
nis gratiâ cum Luthero in  
certamen descenditur scri-  
pturarum, excitatum est hoc,  
quod, Proh dolor, videmus  
incendium.

Lang

VI 159

ULB Halle  
001 586 19X

3




sb

i

VD 17









JODOCI SLAFII  
DISSERTATIO  
De  
ARTIBUS ET CO-

natibus Jacobi Masenii, Jesuitæ  
Colonienſis,  
quibus in nuper emiſſâ Confefſione Fidei, ſeu  
Meditatâ Concordiâ infidias orthodoxæ  
fidei ſtruxit,

In ſolenni panegyri Wittebergæ, in Collegio  
majori Theologico, frequenti audito-  
rio, loco orationis ex officio ha-  
bendæ recitata,

*d. XXX. Martij anno 1663.*

ex approbatione

R. Facult. Theologicæ Witteberg.  
edita

---

Sumptu Friderici Lankiſch,  
Bibliopolę Lipſienſis  
Wittebergæ

Typis JOH. BORCKARDI, A. M. DC. LXIII.

